


25
1860





W. O. 13.

ERWIN TOMASH

(63018)

6 x 7 1/2
11 x 14 F

65 I 783600

Wolfg. Engell. S.R.I. Cons. ab Aufspey

Bartholomæi
Pitisci Grubbergenensis
Sileij.

TRIGONOMETRIÆ

sue.

De dimensione Triangulorū

LIBRI QVINQUE.

PROBLEMATVM VARIORV

nempe

Geodæticorum,

Altimetricorum,

Geographicorum,

Gnomonicorum, et

Astronomicorum:

LeTeBrE DeCeM

TRIGONOMETRIÆ SVBIVNCTI,

AD, VSVM EIVS DEMONS-

TRANSM.



Sumbtib, et impens.
Dominici, Custodis
chalcographi.
M. DC..

Cal. Iunij Ano 1656.

Biblioteka
Publike
Gospodarskega
zavoda

TRIGONOMETRIA

Dr. J. L. V. K. D. M. A.

PRIRODNE Nove

L'ROBLESATVATI ARICINA

Gos. Št. Št. Št. Št. Št.

Afrične Št. Št. Št. Št. Št.

Gos. Št. Št. Št. Št. Št.



202413307

ILLVSTRIS SI-
MOPRINCIPIAC
DOMINO, DOMINO FRI-
DERICO IV. COMITI PALATI-
NO AD RHENV M, S. R. OM. IMPERII
Archidapifero & Electori, Duci Bava-
riæ, &c. Domino suo Cle-
mentissimo.

LLVSTRISSIME Princeps Elector,
Domine Clementissime, Nisi nota el-
let Ill.^{ma} Celsitudini Tuæ tota vita
mea; prolixè me excusarem, quòd ego
homo Theologus, quasi oblitus voca-
tionis meæ, & Matheſin excolā, & ejus generis scri-
pti in lucem edam. Nec enim dubito, qvin multi
ſint hoc studium meum calumniaturi, niſi paratam
mihi apud Ill.^m Celsitudinem Tuam defensionem
effeſciant. Et certè, ſi ego tēpus, quod meditationi
rerum divinarū debeo, in dinumerationem astro-
rum conferrem, culpa minimè vacarem. Nuncau-
tem, quando non alijs horis hæc ago, quàm quibus
horis alij ociātur: nec in alium finem, quàm ut Ill.^{ma}
Tuæ Celsitudini, de his rebus crebrò ſcificitanti, pró-

E P I S T O L A

ptè & dextrè respondere possim : quis est qui vel lus meos ingenuos aliorū desidię postponat, vel voluntatem Ill. ^{m*} Celsitudinis Tuæ commodis inferiēdi reprehendat? Abrahamo Patriarchæ laudiatur à Iosepho, quòd & ipse mathematicas artes calluerit, & alios in ijsdem instituerit. Et in encomijs Danielis hoc nō est postremum, quòd instructus fuerit omni sapientia Chaldæorum: quæ sapientia præcipue in mathesi consistebat. Neq; minus Theologis, qvām alijs quibuscunque hominibus opera Dei idcirco sunt proposita, ut ijs contemplandis sapientiā Dei admirari, potētiam metuere, & bonitatem magnificere discant. Omnes autem isti affectus sine dubio tanto sunt ferventiores, quanto intelligentia operum divinorum est in homine pio major. Intuetur idiota quispiam Solem: miratur claritatem lucis: potestatem caloris: velocitatem cursus: certitudinē itineris: nescius interim, quæ sit forma & magnitudo Solis, & qvām lōginquum iter, quod quotidie permeat. Si eidem dicas, & ex Astronomia demonstres: Solem esse globum, globo terreno centes sexagies sexies majorem; & circulum cursus ipsius quotidiani continere plus qvām quadragies centena millia milliarium Germanicorum : non amplius admi-

N V N C V P A T O R I A.

rabitur; sed planè obstupescet ad tanta naturæ miracula; & exclamabit cum Davide: Iehova Deus noster, quām admirabile est nomen tuum, in universa terra! Et, quid est homo, qvōd tu, tantarum rerum conditor & effector, es memore ejus? Adde, quōd semper ita iudicatum est, post arcanam operationem Spiritus Dei, nihil esse quod hominem māsvetiorem reddit, qvām cœlestis illius philosophiæ cultura. Mansuetudo autem, bone Deus, quantum, & quām rarum est Theologorum ornamentum! Et qvām optandum esset hoc seculo, omnes Theologos esse mathematicos, hoc est, homines tractabiles & mansuetos. Qvanquam, ne qvis meo exemplo abusus plus nimio his speculationibus tribuat; & interim officium suum negligat: apertè fateor, ut privata & modica harum rerum exercitatio nemini nocet: ita publicam & assiduam earum tractationem non posse non aliquid incommodi afferre ijs, qui & corporis & ingenij vires alijs laboribus exantlandis integras conservare debent. Quod cum hoc semestri deprehendissem: & ipse mihi proposui, nihil amplius in hoc genere scribere; & alijs mei ordinis hominibus, ut idem sibi proponant, autor sum. Verè enim Ludovicus Vives: ingenium, inquit, vivi-

dius est, non nimis defatigatum. Et severè Christus:
Mortui, inquit, sepeliant mortuos suos, tu autē vade
& annuncia regnum Dei. Hoc igitur deinceps aga-
mus. Quę verò huc usq; scripsi, quia non tantum
Tibi, Illustrissime Princeps Elector, sed & alijs mul-
tis usui esse possunt; cur invidiosè premam? Id enim
absq; jactantia me dicere posse confido, doctrinam
Triangulorum in hunc usq; diem à nemine tam
perspicuè explicatam, & usum ejus in tot artibus
tam familiariter monstratum esse. Præsertim dele-
ctabit, sat scio, omnes rectè judicantes, quod in pro-
blematibus de motu Solis & Lunæ videbunt, mo-
tus cœlestes omnes, nam cæterorum eadem est ra-
tio, absq; omni tam Alphonsinarum quàm Prute-
nicarum tabularum ope, per solum Canonem Tri-
angulorum, & per communem Arithmeticam, cā-
dem facilitate, certitudine autem & jucundita-
te, quàm per tabulas, multo majore, supputari posse.
Qua ex re etiam Celsitudinem Tuam, maximā suo
tempore voluptatem capturā esse, minimè dubito.
Postquam enim Arithmeticam Celsitudo Tua totā
perdidicit; & in Geometria etiam fundamenta non
contemnenda jecit: nihil impedire poterit, quo mi-
nus etiam istam scientiam superstruat; qua nomen
plus-

N V N C V P A T O R I A.

plusquam regium sibi ad omnem posteritatem esset
comparatura. Quo rariores enim sunt Principes, qui
hæc intelligant: tanto major laus est, si intelligant.
Et scit Ill.^{ma} Tua Celsitudo, Ill.^m suum avunculum,
VVilhelnum, p. m. Hassiæ Lantgravium, et si alijs
quoq; rebus gestis clarus esset, non aliunde tamen
majus, quā ex Astronomiæ studio nomen sibi acqui-
sivisse. De Alphonso verò Lusitaniæ Rege vulgò no-
tum est, ejus memoriā jam pridem fuisse sepultam,
nisi Tabulæ cœlestiū motuū ipsius cura & sumptu-
bus editæ in literatorum manibus versarentur. Hos
igitur laudatissimos reges & Principes imitari, lau-
dem verè regiam esse, Ill.^{ma} Celsitudo Tua putet.
Quam ad rem si quid ego conferre potero: non pa-
tiar, vel fidem, qua Ill.^{ma} Tuę Celsitudini sum obstri-
ctus, vel industriam, unquam in me desiderari. Etsi
enim publicè hæc tractare deinceps, ut supra dixi,
nolo: Ill.^{ma} tamen Celsitudini Tuę, si quid etiam
porrò de rebus istis ex me scire cupiat, deesse neque
debeo neq; volo. Præsertim postquam tot annos, tot
beneficijs unà cum tota familia mea ab Ill.^{ma} Celsi-
tudine Tua sum affectus. Pro quibus beneficijs,
quia eorum magnitudini officiola mea neutiquam
respondent; Deum oro, vt divitijs gratię suę ea com-
penfa-

E P I S T O L A N V N C V P.

pensare, & Ill.^m Celstudinem Tuam, unà cùm laudatissima ipsius coniuge, & prole numerofa, omni benedictione tam corporali quàm spirituali perpetuò prosequi dignetur. Cujus mei animi & voti hæc nuncupatio testis esto. Perscriptum Hagenbachij, in comitatu aulæ Ill.^m Celstudinis Tuæ, anno N.C. 1599. die 23. Augusti.

Ill.^m C.T.

humilimus &

addictissimus servus

B. Pitiscus.

BARTHOLO.


mxi Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ LIBER PRIMVS.

De generibus & affectionibus Triangulorum.

I. Trigonometria est doctrina de dimensione Triangulorum.

II. Triangulum est figura tribus lateribus tres angulos comprehendens: *Vt sunt figure ABC. & DEF.*



Schema
I.

III. Latera duo quælibet sunt crura anguli à se comprehensi; tertium, basis. *Vt latera AB. & AC. sunt crura anguli BAC: latus BC. est eiusdem anguli basis.*

IV. Latus unumquodq; dicitur subtendere angulum sibi oppositum. *Vt latus AB. subtendit angulum ACB. Latus AC. subtendit angulum ABC. Latus BC. subtendit angulum BAC.*

V. Latera maiora maiores angulos subtendunt. Subintellige: Et minora minores, & æqualia æquales. *Veritas Theorematis per se manifesta est. Demonstratur tamè apud Euclidem ad 18. & 19. p. 1. & apud Regiomontanum ad 42. & 43. prop. 3. Luculenter etiam confirmabitur infra per*


B quartum

TRIGONOMETRIA

quatuor axioma librit tertij, & per tertium quarti.

VI. Anguli mensura est Circuli ex angulari punto descripti arcus, inter crura satis prolongata interceptus: Ut, in Triangulo ABC, anguli BAC mensura est arcus OP uel BD.

Schemma
II.



VII. Circulus in Trigonometria omnis diuiditur in partes siue gradus 360. & gradus singuli rursum in 60. scrupula siue minuta prima, & unum primum in totidem secunda &c. Quæ partes tanto sunt maiores, quanto circulus est maior. Arcus autem, qui eodem partium numero constant, in circulis æqualibus æquales, in circulis inæqualibus similes dicuntur:

Ut, arcus BD & GH sunt æquales: arcus uero BD & OP sunt similes. Sicut enim BD. uerbi gratia, est 40. partium in circulo magno EBD. Ita OP. est 40. partium in circulo parvo LOP. &c.

VIII. Igitur

VIII. Igitur Circuli di^{cti} quadrans est arcus 90. partium.

IX. Arcūs quadrante minoris complementum est quod ipsi ad 90. partes deest. *Vt, arcus BD. 40. partium, complementum est arcus BE. 50. partium: & uicissim.*

X. Arcūs quadrante maioris excessus supra quadrantem est, quod ipsi supra 90. partes adest. *Vt, arcus GEB. 140. partium, excessus supra quadrantem est arcus EB. 50. partium.*

XI. Semicirculus est arcus 180. partium.

XII. Arcūs semicirculo minoris complementum est, quod ipsi ad 180. partes deest. *Vt, arcus GEB. 140. partium, complementum est, arcus BD. 40. partium.*

XIII. Anguli per crucem oppositi sunt æquales.
Vt, anguli BAD. & GAH. sunt æquales. Similiter etiam anguli GAB. & HAD. sunt æquales. Idem fit in Sphericis. Veritas theorematis per se patet. Demonstratur tamen apud Euclidem de lineis rectis se se mutuo secantibus ad 15. p. 1.

XIV. Angulus est rectus uel obliquus.

XV. Angulus rectus est, cuius mensura est quadrans.

Vt, EAD.

XVI. Angulus obliquus est obtusus uel acutus.

XVII. Angulus obtusus est, cuius mensura est arcus quadrante maior. *Vt, BAG.*

XVIII. Angulus acutus est, cuius mensura est arcus quadrante minor. *Vt, BAD.*

XIX. Angulorum complementa dicuntur, ut arcuū.

XX. Anguli quilibet super eadem linea utrinq; protensa concurrentes simul sumti sunt æquales duobus

Schema
II.

B ij rectis.


rectis. *Vt, anguli B A D, E A B & E A G.* concurrentes ad punctum A, super linea G D, sunt aequales duobus rectis G A E & E A D. per structuram.

XXI. Itaq; si obliqui duo super eadem linea utrinq; protensa concurrent, alter est alterius ad duos rectos complementum. *Vt, anguli G A B.* complementum ad duos rectos est angulus B A D. & hic illius uicissim.

XXII. Triangulum primò est laterum quorundam æqualium uel omnium inæqualium.

XXIII. Si Triangulum sit laterum quorundam æqualium, perpendicularis à concursu laterum æqualium, bisecat basin & angulum basi oppositum : *Et contra.*

Schema
III.



*Vt, In Triangulo laterū æqua-
lium AB & B C. perpendicula-
ris B D. bisecat basin A C. &
angulū basi oppositum A B C.
Bisecat basin A C. quia si non
bisecaret, sed caderet extra
mediū punctū D. uerbi gratia,*

*in E. non esset perpendicularis : quippe non breuiſſima inter
punctum B. & rectam A C. Bisecat etiam angulum basi oppo-
situm A B C. & eius mensuram A F C. quia angulisunt ut la-
terā, per s. huius.*

XXIV. Triangulum laterum quorundam æqualium est æquicrurum uel æquilaterum.

XXV. Triangulum æquicrurum est, quod duo tantum habet latera æqualia.

XXVI. Triangulum æquicrurum est ad basin æqui-
angulum, & contra : per s. huius.

XXVII. Trian-

XXVII. Triangulum æquilaterum (*per excellentiam ita dictum*) est, quod omnia latera habet inuicem æqualia.

XXVIII. Triangulum æquilaterum est æquiangularum, & contra: *per s. huius.*

XXIX. Triangulum deinde est rectangulum uel obliquangulum.

XXX. Triangulum rectangulum est, quod uel unum habet rectum.

XXXI. In Triangulis rectangulis subtendens rectum speciatim hypotenusa dicitur: includentia uero rectum, perpendicularum & basis: pro libitu. *Vt in triangulis ABC & DEF, latera AB & DE sunt hypotenuse: primum BC & EF. perpendiculara: AC & DF. bases: uel contra. AC & DF. perpendiculara: BC & EF. bases.*

XXXII. Triangulum obliquangulum est, quod omnes angulos habet obliquos.

XXXIII. Triangulum obliquangulum, est uel obtusangulum uel acutangulum.

XXXIV. Triangulum obtusangulum est, quod uel unum habet obtusum.


XXXV. Triangulum acutangulum est, quod omnes angulos habet acutos.

XXXVI. Triangulum denique est planum, uel sphæricum: planum, in plano: sphæricum, in globo.

XXXVII. Trianguli plani sub Trigonometriam cardentis latera sunt tantum lineaæ rectæ.

De lineis rectis ad Trigonometriam rectè intelligendam prænōsse oportet ea quæ sequuntur theoremata:

XXXVIII. Si linea recta in rectas parallelas incidat, angulos similes similiterq; aut alternatim sitos facit æquales: & contra. Ut si recta AB . incidat in parallelas CD .



Schema

IV.

& $E F$. angulos similes similiterq; sitos $B HD$ & $B G F$, item alternatim sitos $C H G$ & $H G F$, &c. facit æquales. Et contra: Si recta AB . in rectas CD & $E F$. incidens, predictos angulos similes similiterq; aut alternatim sitos, hoc est, acutos acutis, & obtusos obtusis facit æquales, rectæ CD & $E F$. sunt parallelae. Est 29. primi Euclidis. Lucem habet naturalem. Nā, si AB . recta est, rectæ CD & $E F$. equaliter inter se distare nō possunt, nisi ad rectam AB . aequalibus angulis inclinentur. Hinc, si plures rectæ in eandem rectam sint perpendicularares, sunt inuicem parallelae. Ut rectæ CD & $E F$. sunt inuicem parallelae, quia sunt in eandem rectam $D F$. perpendicularares.


XXXIX. Si plures rectæ pluribus rectis parallelis intersectentur, intersegmenta sunt proportionalia. Verbi gratia, Si dua rectæ AB & AC . intersectentur parallelis $D G$.

E H. &

LIBER PRIMVS.

7

E H. & B I.: dico intersegmenta AE & AF. similiterq; EB. & FC. esse intersese proportionalia, hoc est, si AE. sit tertia pars recte AB. etiam AF. fere tertiam partem recte AC, &c. Ratio est: quia recta EH. de toto spatio DGIB. absindit



Schema
V.


partem tertiam. Ergo etiam de singulis lineis per totum istud spatium ductis.

Hinc parallelæ parallelis terminatæ sunt æquales, & contra: ut parallela AF & GH. terminatæ parallelis AG & FH. sunt æquales. Cum enim totæ AC. & GI. sint æquales: etiam partes tertias AF & GH. æquales esse necesse est.

XL. Si duæ rectæ in se mutuo ducantur, efficitur inde quadrangulum rectangulum: Ut, si duæ rectæ AB & AD. in se mutuo ducantur, efficitur A

inde quadrangulum ABCD.

Quod si ergò AB. sit quinque pedum, AD. sex totum quadrangulum ABCD. erit triginta pedum quadratorum, ut apparet ex lineis in diagrammate punctatis.



Schema
VI.

XLI. Rectan-


XLI. Rectangula è tota una & segmentis alterius, simul sumta, sunt æqualia rectangulo ex utraq; tota.

Vt, rectangula ex tota $AD. 6.$ & segmentis $AG. 3.$ & $GB. 2.$ nemper rectangula $AGFD. 18.$ &



Schema $FGBC. 12.$ simul sumta sunt

VII. æqualia rectangulo $ABCD. 30.$ factò ex utraq; tota $AD. 6.$ &


$AB. 5.$



XLII. Si quatuor rectæ sint proportionales (*hoc est, si se habeant, ut prima ad secundam, ita tertia ad quartam*) rectangulum mediarum æquatur rectangulo extre-
marum. Vt si sint quatuor proportionales $AB.$ duorum : $EF.$ trium : $FG.$ sex : $BC.$ nouem pedum : Rectangulum mediarum



Schema
VIII.



$EF.$ &

XLIX

$E F \& F G$. nempe rectangulum $E F G H$. & quatur rectangulo extremarum $A B \& B C$. nempe rectangulo $A B C D$. Nam ut bis nouem sunt octodecim : ita ter sex sunt octodecim.

I. Si quatuor rectæ sint hinc proportionales, datis tribus, datur quarta. Rectangulum enim mediarum diuisum per extremarum alteram, relinquit alteram : *Vt*, si dicatur.

2 ————— 3 ————— 6 ————— 9

Rectangulum factum ex 3. & 6. nempe 18. diuisum per extremam primam, 2. relinquit extremam ultimam, 9. &c. Atq^s hæc est ratio, cur in regula proportionum, quam barbarè vocant Regulam Detri : duo posteriores termini inter se multiplacentur, & productum diuidatur per primum : quia uidelicet productum multiplicationis secundi & tertij termini, est etiam productum multiplicationis primi & quarti : diuisum itaq^s per primum, relinquit quartum. Nam diuisio & multiplicatio mutuo se produnt. Nihil autem interest ad praxin, utrum terminorum mediorum secundo vel tertio loco ponas. Sive enim dicas :

Vt 2. ad 3. ita 6. ad ————— &c. Sive
Vt 2. ad 6. ita 3. ad ————— &c.

Etsi alia in priore, alia in posteriore collocatione termini primi ad secundum, & tertij ad quartum est proportio : quæ situm tamen ex utraq^s collocatione reperies prorsus idem : quia perinde est, sive tria per sex, sive sex per tria multiplices : &c.



Hinc etiam

II. Rectangula æqualia latera habent reciprocè proportionalia. (*hoc est*, In rectangulis æqualibus, habent se, ut latus


C

ut latus minus rectanguli primi ad latus minus secundi, ita latus maius rectanguli secundi ad latus maius primi) & contra: Verbi gratia, in rectangulis equalibus ABCD. & EFGH. habent se:—

Vt, $\frac{AB}{2}$ ad $\frac{EF}{3}$ ita $\frac{FG}{6}$ ad $\frac{BC}{9}$, &c.



Schema
VIII.



Causa est manifesta ex antecedentibus.

XLI. Si tres rectæ sint proportionales (hoc est, si se habeant, ut prima ad secundam, ita secunda ad tertiam) quadratum mediæ, æquatur oblongo extremarum:

Quia enim media bis ponitur, hoc modo:

Vt A — z. — B

ad c — z. — d

ita c — z. — d

ad E — z. — F

Schema
IX.

Perinde


Perinde est, ac si essent quatuor proportionales. Ideo quicquid de quatuor proportionalibus dictum fuit, de tribus quoq; proportionalibus est intelligendum.

XLIV. Si recta bisecta continuetur, oblongum continuata & continuationis est æquale quadrato rectæ ex bisegmento & continuatione compositæ: minus quadrato bisegmenti. *6. p 2. Euclid.*

Esto recta *AK*. bisecta in *G*. & continuata in *B*. continuationi *KB*. statutatur equalis *BC*. atq; inde fiat oblongum *AB* *CD*. Ad rectam porrò *GB*. compositam ex bisegmento *GK*. & continuatione *KB*. describatur quadratum *GBEF*. & ex eo quadrato per rectas *KL* & *GH*. absindatur quadratum bisegmenti *ILFH*, ut relinquatur gnomon *MNO*. Dico oblongum *ABCD*. esse æquale quadrato *GBEF*. minus quadrato *ILFH*. sive, quod idem est, dico oblongum *ABCD*. esse æquale gnomoni *MNO*.

Spacia enim *M*. & *N*. sunt communia. Spacium uero gnomonis *O*. sive rectangulum *ICEL*. est æquale rectangulo *GHDA*. Vtrumq; enim factum est ex continuatione & bisegmento.

C iij Ergo




Schema
X.

Ergo si recta bisecta continuetur, &c. quod demonstrandum erat.

Atq; hec de lineis rectis, tanquam de lateribus triangulorum planorum, huc inferenda duximus. Nunc ad ipsa triangula plana reuertemur.

XL V. In triangulo plano parallela basi crura secat proportionaliter.



Schema
V.

Vt, in triangulo plano ABC. si KL. parallela basi BC. abscindat de crure AC. partem tertiam: etiam de crure AB. partem tertiam abscindet, per 39. huius: adeòq; erunt:

Vt AB, ad AC, ita AK, ad AL. Item:

Vt AK, ad BK, ita AL, ad CL. Item:


Vt AK, ad AL, ita KB, ad LC.

XL VI. Si plura triangula plana comparentur:

TRIANGVL A EQVIANGVL A HABENT LATERA CIRCA EQVALES ANGVLOS PROPORTIONALIA: & contra 4. p. 6. Euclid.

Hoc theorema præcipuum est totius Trigonometriae fundatum. Igitur præ ceteris cunctis diligenter & explicetur & attendatur.

DECLARA-


Schema
XI.

DECLARATIO. Sint ergo duo triangula plana, ABC. & ADE. equiangula, sic ut anguli ad B & D. Item ad A & A. Item ad C & E. sibi mutuo sint aequales: Dico latera eorum esse circa aequales angulos proportionalia, hoc est, esse:

- I. *Vt, AB ad BC, ita AD ad DE.*
- II. *Vt, AB ad AC, ita AD ad AE.*
- III. *Vt, AC ad CB, ita AE ad ED.*

DEMONSTRATIO. Quia enim anguli BAC. & DAE. sunt aequales, ex thesi: ideo si AB. ad AD. applicetur, AC. necessario cadet in AE, & ex illa applicatione tale Schema existet. In quo

schemate, quia
latera AB &
AC. coincidunt,
& praterea an-
guli ad B & D.
itemq; ad C & E.
sunt aequales; ex
thesi: Ideo late-

Schema
XII.

rareliqua BC & DE. necessario erunt parallela, per 38. huius.
Atqui in Triangulo plano recta parallela basi crura secat pro-
portionaliter, per proximè precedentem. Ergo in Triangulo
ADE. recta BC. cum sit parallela basi DE. crura AD. &
C iij AE. secat

A.E. secat proportionaliter: adeoq;

Vt, AB. ad AD. ita AC. ad AE.

Porro, per punctum B. ducatur recta BF. parallela basi AE.

Hec reliquu

crus DE cum

crure DA. se-

cabit propor-

tionaliter in


punctis B &

F. per eandem

proximèpræ-

cedente. erit-

g, iam etiam:



Schema

XIII.

Vt, AB, ad AD, ita FE, ad DE.

Siue, quod idem est:

Vt, AB, ad AD, ita BC, ad DE.

Nam FE & BC. æquantur per consecutarium 39. huius. Præ-
terea cum sint:

Vt, AB, ad AD. ita AC, ad AE,

& ita BC, ad DE. Erunt etiam:

Vt, AC, ad AE. ita BC, ad DE.

Nam quæ uni tertio conueniunt, etiam inter se conueniunt,

Igitur iam in uniuersum erunt:

I. Vt, AB, ad AD, ita BC, ad DE.

II. Vt, AB, ad AD, ita AC, ad AE,

III. Vt, AC, ad AE. ita BC, ad DE.

Deniq, quia ad effectum nihil inter est, utrum terminorum
proportionalium intermediorum secundo uel tertio loco collo-
ces: Erunt etiam permutatim:

I. Vt,

- I. *Vt, AB, ad BC, ita AD, ad DE.*
 II. *Vt, AB, ad AC, ita AD, ad AE.*
 III. *Vt, AC, ad BC, ita AE, ad DE.*

Atq; adeò Triangula plana equiangula, qualia hīc sunt ABC, & ADE. latera habent circa aequales angulos proportionalia: quod demonstrandum erat.

ILLVSTRATIO per numeros. Sit igitur AB. quinq; pedum: AD, decem: DE, sex. Quæritur BC. quot pedum? & Trium. Nam

$$\begin{array}{c} \overline{AD} \quad \overline{DE} \quad \overline{AB} \\ \text{Vt } 10 \text{----ad } 6 \text{----ita } 5. \\ \curvearrowright \\ 10 \text{ (ad } 3. \text{ BC.} \end{array}$$

Sit AC. quatuor pedum; BC, trium: DE, sex: Quæritur AE, quot pedum? & Octo. Nam,

$$\begin{array}{c} \overline{BC} \quad \overline{CA} \quad \overline{DE} \\ \text{Vt } 3 \text{----ad } 4 \text{----ita } 6 \\ \curvearrowright \\ 3 \text{ (ad } 8. \text{ AE.} \end{array}$$

XLVII. Si plura Triangula plana componantur, & rectis parallelis intersecantur: intersegmenta sunt proportionalia: hoc est, si (uerbi gratia) Triangula duo EAF. &

EAF. & F

AG. compo-
natur & rectis


Schema parallelis B C-

XIV. D. & EFG.

intersecentur:

intersegmen-

ta sunt:



Vt, BC, ad EF, ita CD ad FG:

Vel:

Vt, BC, ad CD. ita EF ad FG: &c.

Per 39. huius: uel per proximè precedentem. Nam Triangu-
la ABC. & AEF. sunt æquiangula; per 38. huius, propter
BC & EF. parallelas. Igitur,

Vt, AC ad AF, ita BC ad EF:

Per proximè precedentem. At qui pereandem:

Vt, AC ad AF, ita CD ad FG:

Quæ uero conueniunt uni tertio, etiam inter se conueniunt:


Ergò sunt etiam

Vt, BC ad EF, ita CD ad FG, &c.

XLVIII. Si Trianguli plani quodcunq; latus conti-
nuetur, angulus exterior per continuationem illam
factus, est æqualis angulis duobus interioribus oppo-
sititis: Vt si Trianguli plani ABC. latus AC continuetur in
D. angulus BCD. exterior, erit æqualis duobus interioribus
oppositis BAC. & ABC. Si enim ex puncto C. suscitetur re-
cta CE. parallela rectæ AB. angulus exterior BCD. erit com-
positus ex angulis ECD. & ECB. At qui anguli ECD. &

ECB.

E C B. sunt aquales duobus interioribus oppositis B A C. & A B C. (nempe angulus E C D. angulo B A C: & angulus B C E angulo A B C.)



Schema
XV.

per 38. huius: propter parallelas AB & CE. Ergo etiam angulus B C D. est equalis duobus interioribus oppositis B A C & A B C. quod demonstrandum erat.

XLIX. In Triangulo plano tres anguli sunt duobus rectis æquales: *ut in Triangulo plano A B C, dico tres angulos A B C, B C A. & B A C. esse æquales duobus rectis. Anguli Vide enim quilibet super eadem recta ad idem punctum concurrentes, sunt æquales duobus rectis, per 20. huius. At qui anguli tres A B C. B C A. & B A C. qui possunt angulis tribus super eadem recta AD: ad idem punctum C. concurrentibus. Angulus enim B C A est communis: anguli uero E C D & E C B. angulis B A C & A B C sunt æquales, per proximè precedenterem. Ergo anguli tres A B C, B C A & B A C. sunt æquales duobus rectis. Quod demonstrandum erat. Hinc:*

I. In Triangulo plano non potest esse nisi unus rectus uel obtusus.

II. Et uno existente recto uel obtuso, cæteri duo necessariò sunt acuti.


III. Et, duorum quorumcunq; tertius est ad duos rectos complementum.

IV. Hinc deniq;: Si duo Triangula binis angulis sint D æqui-

æquiangula, prorsus sunt æquiangula.

L. In Triangulo plano rectangulo, latera inincidentia rectum æquè possunt hypotenusa, penult. primi Euclid.

Schemæ
XVI.



DECLARATIO. In Triangulo plano $A B C$ rectangulo ad B . dico latera $A B$ & $B C$. in incidentia rectum $A B C$. æquè posse hypotenusa $A C$. hoc est, quadrata laterum $A B$ & $B C$. nempe quadrata $A L M B$. & $B E D C$. simul sumta, esse æqua- lia quadrato hypotenusa, $A C$. nempe quadrato $A C K I$.

DEMONSTRATIO. Si enim ex recto B . descendat perpendicularis $B F G$. ex quadrato $A C K I$. fiant oblonga duo $A F G I$ & $F C K G$. quæ sunt æqualia, hoc quidem quadrato $B E D C$: illud

$BEDC$. illud antem quadrato $ALMB$. Ergo & quadratum $ACKL$ ex duobus illis oblongis compositum est aequale duobus quadratis $ALMB$ & $BEDC$. Quod autem duo oblonga $AFGI$ & $FCKG$. duobus quadratis $ALMB$ & $BEDC$. sint aequalia, id de singulis in specie: ac primum quidem de oblongo $AFGI$. sic probatur:

Si tres rectæ sint proportionales, quadratum mediae equatur oblongo extremerum, per 43. huius.

At quicunque tres rectæ, AI , AB , & AF , sunt proportionales; hoc est, habent se se, ut AI ad AB , ita AB ad AF .

Ergo quadratum ex AB , equatur oblongo ex AI & AF .

Minor probatur. Triangula enim ABC & BAC . sunt equi-angula, propter communem ad A & rectos ad B . & F . per 4. c. 49. huius. Ergo per 46. huius, Ut AC . (cui aequalis est AI) ad AB . ita AB . ad AF .

Simili prorsus modo probatur, oblongum $FCKG$. esse aequale quadrato $BEDC$. Triangula enim ABC & BCF . sunt equi-angula, propter communem ad C . & rectos ad B & F . per 4. c. 49. huius. Ergo per 46. huius, Ut AC ad BC . ita BC ad FC . adeoq; per 43. huius, quadratum ex BC . est aequale oblongo ex AC sine KC & FC .

In triangulo igitur plano rectangulo latera includentia rectū aequè possunt hypotenusa. Quod demonstrandum erat.

Consecutarium:

Igitur in Triangulo plano rectangulo, datis lateribus quibuscumq; duobus, datur tertium. Ut si dentur duo latera includentia rectum AB & BC . partium 3. & 4. iunctis eorum quadratis 9. & 16. in unam summeam 25. & radice inde extracta, reperietur hypotenusa AC . partium 5.

D ij Contra

Contra, si detur hypotenusa partium quinq; & alterum includentium rectum, partium trium, subtracto quadrato trium partium de quadrato quinq; partium: hoc est, subtracto quadrato 9. de quadrato 25. & ex residuo 16. extracta radice quadrata, reperiatur alterum includentium rectum, partiu 4.

Scholia de extractione radicis quadratæ.

I. Si post extractam radicem quadratam ex aliquo numero fractiones aliquæ superfluerint, radicem duplicatam & insuper unitate auctam, fractionibus illis subnotabis: hoc modo :

$$\begin{array}{r} 3 \\ \times 2 \end{array} \quad (3\frac{3}{7})$$


II. Radix, quæ huiusmodi fractiones adiunctas habet, nunq; est exactè uera. Nam radix exactè uera in se ipsam ducta, numerum unde extracta est, ad assensum reddere debet. Atqui si radicem $3\frac{3}{7}$ in seipsum ducas, hoc est, si $3\frac{3}{7}$ per $3\frac{3}{7}$ multiplices, non procreabis inde numerum 12. unde radix $3\frac{3}{7}$ est extracta, sed tantum $11\frac{17}{49}$. Qua de re uide Ramum in elementis Geometricis, elemento octauo libri XII. Et Lazarum Schönerum in scholijs & tractatibus ad Arithmeticam Rami adiunctis.

LI. In Triangulo plano rectangulo, latera includentia rectum ad hypotenusam plerumq; sunt irrationalia, hoc est, numero exacto datæ mensuræ cuiuscunq; inexplicabilia. Causa patet ex Scholio secundo proxime præcedentis.

LII. In Triangulo plano rectangulo, acutorum alter est alterius complementum. Per 49. huins. Facili[m]è etiam probatur hoc modo : In Triangulo plano A B C, rectangulo ad C. angulus A B C. acutorum alter, est æqualis angulo

B A E per


B A E. per 38. huius: propter parallelas E A & B C. Atqui angulus E A B est complementū anguli B A C per strūtrām. Ergo etiam angulus A B C. est complementum anguli B A C.

Schema
XVII.

LIII. Si Triangulum planum circulo sit inscriptum, anguli ad circumferentias oppositas sunt subdupli:
Vt, si in circulo A B C. circumferentia B C sit 120. graduum. Angulus B A C. circumferentiae B C. oppositus erit 60. graduum.

Ratio est:

*Quia circumferentia tota A B C est 360. graduū, per 7. huius. Anguli uero tres trianguli A B C Cir-
culo inscripti sunt 180. graduum per 49. huius.
Ergo ut circumferentia queq; est tertia pars de 360: Ita angulus quilibet circumfe-
rentiae illi oppositus est tertia pars de 180.*

Schema
XVIII.

Evidentius ita demonstratur, v. g. de angulo A B C. Ex angulo dicto A B C ducatur per totum Circuli planum Diameter B E D. Ex centro uero E.

ad circumferentiam AB
CD. ducantur duo radij
EA & EC. Dico angulos
partiales ABD. & DBC.

Schema esse subduplos ad angulos
XVIII. partiales A E D & D E C.

Nam anguli A B E & B A
E equantur per s. huius.


Angulus uero A E D
aequalis est angulis A B E.
& B A E. simul sumtis,
per 48. huius. Ergo an-

gulus A E D. ad angulum A B D. est duplus. Similiter, Anguli
E B C & E C B. sunt aequales per s. huius. Et his utrisq. simul est
aqualis angulus D E C. per 48. huius. Ergo etiam angulus D E C
ad angulum D B C. est duplus. Quia igitur partes anguli A E C
ad partes anguli A B C sunt duplae: ideo etiam totus A E C ad
totum A B C. est duplus: ac proinde angulus A B C. ad angulum
A E C & per consequens etiam ad arcum A D C. tanquam ad
mensuram anguli A E C. est subduplus. Idem iudicium est de
ceteris. Si ergo Triangulum planum Circulo sit inscriptum,
anguli ad circumferentias oppositas sunt subdupli: quod de-
monstrandum erat.


Hinc

I. Si latus Trianguli plani circulo inscripti sit dia-
meter, angulus illi oppositus est rectus: hoc est, 90. graduū:
quippe oppositus semicirculo, qui est 180. graduum.

II. Si



II. Si plura Triangula plana eidem circuli segmento ad eandem basin inscribantur, sunt in fastigijs æquiangula. *Vt Triangula duo ABD & ACD inscripta eidem Circuli segmento ABCD ad eandem basin A.D. sunt in fastigijs B & C æquiangula. Vtrig, enim angulo, nempe, tam angulo ACD, quam angulo ABD, opponitur eadem circumferentia AD.*

Schema
XIX.

LIV. Si duo Triangula plana eidem circuli segmento ad eandem basin inscripta, superne connectantur: sic ut inde existat figura quadrilatera, diagonijs intersecta: Rectangulum diagoniorum est æquale rectangulis oppositorum laterum simul sumtis. *Ptolomæus, Copernicus.*

DECLARATIO. Sint duo triangula ABD & ACD, eidem circuli segmento ABCD, super eandem basin AD, inscripta, & superne per rectam BC, connexa: ut existat inde figura quadrilatera ABCD. Dico rectangulum diagoniorum AC & BD, æquale esse rectangulis oppositorum laterum AB & CD. Item BC & AD, simul sumtis.

DEMONSTRATIO. Si enim ad punctum B constitutas angulum


angulu $\angle ABE$. aequali
lem angulo $\angle DBC$. &
ita diagonium AC .
per rectam BE . seces
in duas partes ad
Schema punctum E . manife-
stum fiet : rectangula

XX. $\angle BDE$ & $\angle ECA$. Item $\angle BD$
& $\angle AE$. esse aequalia
rectangulis $\angle BC$ &
 $\angle AD$. Item $\angle CD$ &
 $\angle AB$. Nam, si quatuor
rectæ sint proporcio-
nales, rectangulum mediarum aequatur rectangulo extre-
marum per 42. huius.

At qui quatuor rectæ $\angle BD$, $\angle DA$, $\angle BC$ & $\angle CE$. sunt proportionales. Nam, quia Triangula ABD & BCE . sunt equiangula propter aequales $\angle BCA$ & $\angle BDA$. per c. 2. precedentis, Item propter aequales $\angle ABD$ & $\angle EBC$. (qui sunt aequales propter eundem $\angle EBD$. additum ad aequales $\angle ABE$ & $\angle DBC$.) & deniq; propter aequales $\angle BEC$ & $\angle BAD$. per c. 4. 49. huius. Ideo latera eorum sunt, Vt, BD ad DA , ita BC ad CE . Similiter quatuor rectæ $\angle BD$, $\angle DC$, $\angle BA$, & $\angle AE$, sunt proportionales.

Nam, quia Triangula BDC & BAE . sunt equiangula propter aequales $\angle BDC$ & $\angle BAE$. per c. 2. precedentis : Item propter aequales $\angle DBC$ & $\angle ABE$. ex thesi : & deniq; propter aequales $\angle BCD$ & $\angle BEA$. per c. 4. p. 49. huius. Ideo latera eorum sunt, Vt BD . ad DA . ita BA ad AE .

Ergo rectangulum rectarum DA & BC . aequatur rectangulo
rectarum



rectarum $B D \& C E$: Similiterq; rectangulum rectarum $D C$ & $B A$. aquatur rectangulo rectarum $B D \& A E$. Et contra, Rectangula $B D$ & $C E$, Item $B D \& A E$. aquatur rectangulis $D A \& B C$, item $D C \& B A$.

Atqui, rectangula $B D \& C E$: Item $B D \& A E$ sunt rectangulum $B D \& A C$. per 41. huius.

Ergo Rectangulum diagonorum $B D \& A C$. est aequaleretangulis laterum binorum oppositorum $D A \& B C$: Item $D C \& B A$. simul sumtis: quod demonstrandum erat.


Hactenus de Triangulis planis: sequitur de sphæricis.

L V. Trianguli sphærici latera sunt arcus circulorum maximorum sigillatim quadrantibus minores.

L VI. Circulus sphæræ maximus est, qui totam sphæram in duo hemisphæria dividit: adeoq; à polis suis undiq; per quadrantem circuli itidem maximi distat.

L VII. Si maximus sphæræ circulus per maximi polos transeat, rectè eum secat; & contra.

Sit maximus sphære circulus $A E C$, eiusq; poli B & D . per quos polos B & D . transeat alius circulus maximus $B E D$. Dico, quod maximus $B E D$. maximum $A E C$. rectè secet ad E & F . Polo enim E vel F . describatur circulus itidem maximus $AB CD$.



Schema
XXI.

E manifestum


manifestum est huius arcus $AB \cdot BC \cdot CD \cdot DA$. fore mensuras angulorum ad $E \& F$. per 6. huius. Atqui arcus AB, BC, CD, DA , sunt quadrantes, per proximè precedentem. Ergo anguli ad $E \& F$. sunt recti, per 15. huius. Quod demonstrandum erat.

L VIII. Mensura anguli sphærici, si in circulo maximo accipiatur, est arcus Circuli maximi ex angulari punto descripti, inter crura quadrante tenus continuata interceptus: per. 7. & 56. huius. Ut, anguli sphærici BAC . mensura non est arcus BC . sed arcus


EF . inter crura AB & AC . quadrantetenuis,

Schemma XXII. nempe usq; ad E & F . continuata interceptus. Quia non arcus BC , sed arcus

EF . est ex angulari punto A descriptus. per 56. huius. Ergo arcus BC . anguli BAC mensura esse non potest. per 7. huius.



LIX. Si anguli sphærici crura continuata concurrant, semicirculos efficiunt, & comprehendunt angulum angulo prædicto & opposito æqualem: Ut, Anguli BAC crura AB & AC . continuata in D . efficiunt semicirculos ABD & ACD , & comprehendunt angulum BDC . angulo BAC . aqua-

Schema
XXIII.

BAC . & qualem: quia idem arcus GH utrumq. illum angulum metitur, per proximè præcedentem.

LX. Triangulum sphæricum quodlibet ex quois angulari puncto habet oppositum sibi Triangulum aliud, cuius basis est eadem, & angulus basi oppositus: reliquæ partes, sunt partium prioris Trianguli complementa. Vt, Triangulum BAC . ex puncto angulari A habet oppositum sibi Triangulum BDC . cuius eadem est basis BC . & angulus basi oppositus BDC . per proximè antecedentem. Latera vero BD & CD . sunt laterum AB & AC . complementa ad semicirculum per eandem. Anguli deniq. $D B C$ & $D C B$. sunt angulorum $A B C$ & $B C A$. ad duos rectos complementa per 21. huius.

LXI. Trianguli sphærici latera in angulos, & contra, permutari possunt: complementis ad semicirculum pro latere & angulo maximo hinc inde sumtis. Sit Triangulum sphæricum ABC . obtusangulum ad B . Anguli A . mensura sit DE . Anguli B . acuti (qui complementum est B . obtusi, & in dato Triangulo maximi) mensura sit FG . Anguli C . mensura sit HJ . Arcui DE . & quatur KL : quia KD & LE . sunt quadrantes & commune eorum complementum est LD .

E ij


Arcui

Arcui FG. æquatur LM: quia LG & FM. sunt quadrantes & commune eorum complementum est LF. Arcui HI. æquatur KM. quia KI & MH. sunt quadrantes, & communne eorum complemetum est KH. Ergo angulis Trianguli ABC. æquantur latera Trianguli KLM pro angulo maximo ABC. eius complemeto FBG. assumto.


Par ratione demonstrari potest, Trianguli ABC. latera esse aequalia angulis Trianguli KLM. Latus enim AC. æquatur arcui DI. mensura anguli DKI. complementi obtusi MKL. Latus AB. æquatur arcui OP. mensura anguli MLK. Latus deniq. BC. æquatur arcui FH. mensura anguli LMK. Sunt enim quadrantes AD & CI. AP & OB, BF & CH. Et communia binorum complementa CD, AO, CF. Trianguli igitur sphærici latera in angulos, &c. permutari possunt, quod demonstrandum erat.

LXII. Triangulum sphæricum rectangulum aut unū habet rectum, aut plures uno.

LXIII. Vnum rectum, vel cum duobus acutis, Vt, BAC. uel cum duobus obtusis, Vt BDC. uel cum obtuso & acuto, Vt CDE:



Angulos

Schema
XXIII.

Angulos enim ad A & D. nunc singimus esse rectos.

LXIV. Triangulum sphæricum rectangulum cum duobus acutis habet ex angulo recto oppositum sibi Triangulum rectangulum cum duobus obtusis: & contra: *Vt uidere est in Triangulis rectangulis BAC. & BDC.*

LXV. Trianguli sphærici rectanguli cum duobus acutis latera singula sunt quadrantibus minora, *Vt in ABC.*

LXVI. Trianguli sphærici rectanguli cum duobus obtusis latera duo sunt quadrantibus maiora: tertium quadrante minus. *Vt in BDC.*

LXVII. Triangulo sphærico rectangulo cum acuto & obtuso opponitur ex acuto Triangulum rectangulum cum duobus acutis. *Vt Triangulo rectangulo CDE. cum acuto ECD. & obtuso CED. opponitur Triangulum rectangulum EDF. cum duobus acutis ad E & F.*

LXVIII. Trianguli sphærici plures rectos habentis, latera rectos subtendentia sunt quadrantes. *Causa est: quia v. g. in Triangulo AGH, si circuli maximi AG & AH secant maximum GH. angulis ad G & H rectis, A est polus maximi GH. per 57. huius. AG uero & AH sunt quadrantes.*

E iij per 56.

per 56. huic. Quod si ergo angulus ad A. etiam sit rectus, etiam G. est quadrans, per 58. & 15. huic.

Vide
Schema
XXIII.

LXIX. Triangulum sphæricum plures rectos habens, habet tres vel duos rectos: adeoq; de lateribus, tres vel duos quadrantes. Ut si angulum ad A ponas rectum, Triangulum sphæricum A G H. habebit tres rectos angulos ad A, G & H. & idcirco etiam tria latera, A G, G H, A H. quadrantes. Sin eundem ad A ponas acutum, Triangulum sphæricum A H G. habebit duos rectos, ad G & H, & idcirco etiam duo latera A G & A H. quadrantes.

LXXX. Si Trianguli sphærici duos rectos habentis tertius angulus sit acutus, tertium latus est quadrante minus: sin obtusus, maius. Ut in Triangulo sphærico HGL.

audouin ilustrissimis istudq; illudq; T. V. I. etiam prius in primis invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.


audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

audouin anno 1619 in libro de Sphaerae et Planorum Astronomia et Geometria, p. 110. invenimus.

Schema
XXIII.



acutangulo ad G. tertium latus H I. est quadrante minus. In Triangulo sphærico A G I. obtusangulo ad G. tertium latus A I. est quadrante maius.

LXXI. Triangulum sphæricum obliquangulum aut constat ex puris acutis vel obtusis: aut ex his utrisq; mixtis.

LXXII. Triangulo sphærico purè acutangulo opponitur Triangulum sphæricum cum duobus obtusis & uno

uno acuto: & contra. *Vt, si anguli ad A & D fingantur acuti, Triangulo ABC. purè acutangulo opponitur Triangulum BDC. cum duobus obtusis ad B & C. & uno acuto ad D.*

LXXIII. *Triangulo sphærico purè obtusangulo opponitur Triangulum sphæricum cum duobus acutis & uno obtuso: & contra. Vt, si anguli ad A & D fingantur obtusi, Triangulo purè obtusangulo BDC. opponitur Triangulum ABC. cum duobus acutis ad B & C. & uno obtuso ad A.*


LXXIII. *Trianguli sphærici cuiuscunq; tres anguli sunt duobus rectis maiores.*

De Triangulis sphæricis plures uno rectos uel obtusos, siue solos siue mixtos, habentibus: res per se est manifesta.

De Triangulis sphæricis duorum uel trium acutorum, ita demonstrari potest.

In Triangulo sphærico duorum acutorum ABC. rectangulo ad C. acutangulo ad A & B. mensura acuti BAC. est arcus EF. mensura uero acuti ABC uel DBE. non est arcus DE sed HI. per s8. huius. Atque arcus E F & H I. quadrantem complent.

Ergo arcus E F & H I. coniunctim quadrante sunt maiores. Et per consequens etiam anguli his arcubus respondentes, nempe, anguli BAC & ABC. coniunctim quadrante, hoc est, angulo recto sunt



Schema
XXII.

cto sunt maiores. ACB . uero est rectus, ex thesi. Ergo in Triangulo sphärico duorum acutorum ACB , tres sunt anguli duobus rectis maiores.


In Triangulo Sphärico merè acutangulo $KL M$. mensura acuti ad L . est arcus NO . mensura acuti ad K . est arcus VX . mensura acuti ad M . est arcus QR . Atque hi tres arcus, $NO, VX, \& QR$, simul sumti duobus quadrantibus sunt maiores. Duorum enim arcuum QR . & VX . complementa PV .

& PQ . simul

Schemma sumta sunt minora quam arcus

XXV. *NO. per structuram. Ergo arcus NO. mensura tertij anguli est maior quam complementa reliquorum*

duorum angulorum simul sumta. Et per consequens etiam angulus tertius est maior, quam pro reliquorum duorum complementis. Adeoque, etiam in Triangulis sphäericis merè acutangulis tres sunt duobus rectis maiores. Subtiliorem demonstrationem uide apud Regiomon. 49. p. 3.



BARTHOLO-

mæi Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ LIBER SECUNDVS.

*De necessarijs ad dimensionem Triangulorum tabulis
Sinuum, Tangentium & secantium.*

I. Triangula sic sunt. Dimensio Triangulorū est ignotorum in Triangulis siue laterum siue angulorum, ex notis tribus siue lateribus siue angulis, siue puris siue mixtis, inuentio. Dicitur etiam solutio Triangulorum: itē calculus Triangulorum.

(Sunt in Triangulis præter angulos & latera, etiam areae. Sed illarum dimensio neq; Triangulorum est propria. Nam & aliarum quarumcunq; figurarum areas metimur. Neq; primo Triangulis inest: sed à quadrangulis ad Triangula derivatur. Ideo hoc non pertinet.)

II. Dimensio Triangulorum perficitur per auream Arithmeticæ regulam: quæ docet de quatuor numeris inter se proportionalibus, datis tribus quibuscunq; reperire quartum.

III. Ergo ad dimensionem Triangulorum & proportiones omnium Trianguli partium inter se certas, & easdem numero explicatas esse oportet.

IV. Proportiones omnium Trianguli partium inter se certæ esse non possunt: nisi, quicquid est in Triangulis curui lineum: (ut sunt in uniuersis, mensuræ angularorum, & in sphæricis etiam latera) ad lineas rectas reducatur. Nam curui, neq; ad curuum neq; ad rectum

F inuenta


inuenta est hoc usq; proportio: neq; fortassis inuenientur unquam.

V. Curvæ lineæ ad rectas reducuntur per definitionē quantitatis, quam habeant rectæ ad circulum applicatæ, respectu radij.

VI. Rectæ ad circulum applicatæ sunt sinus, tum recti tum uerfi: lineæ item tangentes & secantes.

VII. Sinus rectus est semissis subtensiæ dupli arcus.
Ut, sinus rectus arcus B C uel B G, est recta B E, semissis subtensiæ dupli arcus B C uel B G. hoc est, semissis rectæ B E D, que arcum B C D uel B G D. subtendit. Sic sinus rectus arcus B F uel B H. est recta BK. quippe semissis rectæ B K I. que duplum arcum B F uel B H, nempe arcum B F I uel B H I. subtendit.

Schema
XXVI.



Consectaria.

I. Sinus ergo rectus arcus quadrante minoris & maioris

ioris usq; ad semicirculum est idem. *Vt, sinus rectus arcus B C. & BG. est eadem recta BE quippe semissis recta BED, qua tam arcum BG D quam arcum B C D. subtendit.*

2. Ac proinde sinus rectus complementi quandocūq; dicitur: intelligitur tantum sinus rectus complementi arcus quadrante minoris. *Vt, sinus rectus complementi B C nempe arcus B F est recta B K.*

3. Sinus rectus omnis est in diametrum ex altero arcus termino ductam perpendicularis. *Quia enim in Triangulo ABD. laterum aequalium AB & AD. semidiameter AC, a concursu laterum aequalium ducta, bisecat basin BD. ad E. per definitionem sinus recti: ideo est in eam perpendicularis: & haec vicissim in illam, per 23. p. I.*

4. Sinus rectus complementi est æqualis segmento diametri siue radij inter sinum rectum arcus & centrum intercepti. *Vt, sinus rectus complementi B F. nempe recta BK. est æqualis rectæ EA. per c. 39. p. I.*

VIII. Sinus uersus est segmentum diametri inter sinum rectum & circumferentiam interceptum. *Vt, sinus uersus arcus BC est segmentum diametri EC. sinus uersus arcus BG est segmentum diametri GE.*

Ergo sinus uersus alius est maior, alius minor.

Sinus uersus maior, est sinus uersus arcus quadrante maioris: ut GE.

Sinus uersus minor est sinus uersus arcus quadrante minoris: ut EC.

IX. Tangens est recta a secante per alterum arcus terminum ducta in extremitatem diametri ad alterum arcus terminum perpendicularis. *Vt arcus BC tangens est recta LC.*

X. Secans est recta per alterum arcus terminum usq;
ad summite[m] tangentis ducta. *Vt arcus BC secans est
recta AL.*

XI. Definitio quantitatis, quam habent rectæ ad cir-
culum applicatae, respectu radij, est constructio tabu-
larum sinuum, Tangentium, & Secantium. *Rheticus*
tabulas illas uocat Canonem doctrinae Triangulorum. Et sinus
quidem rectos uocat perpendicularia & bases prima seriei. Sinus
uerò uerhos omittit. Tangentes deniq; & Secantes uocat, illas
quidem perpendicularia aut bases, has uerò hypotenisas, secundæ,
& tertiae seriei.

XII. Tabulae sinuum rectorum simpliciter sunt ne-
cessariæ: cæteræ non item. *Nam sine tabulis sinuum re-*
ctorū Triangulum nullum solui potest: per ipsas autem omnia
solui possunt. Itaq; cæteræ tabulae non nisi compendiorum gra-
tia sunt inuente.

XIII. Tabulae sinuum rectorum, Tangentium item &
Secantium, non ulterius extenduntur, quâm usq; ad
quadrantem. *Nam arcum quadrante maiorum sinus recti*
iidem sunt, qui minorum: per 7. huius. Tangentes uerò & Se-
cantes arcum quadrante maiorum esse nulla possunt. per 9.
& 10. huius.

XIV. Tabulae sinuum uerforum usq; ad semicircu-
lum extendi possunt. *Nam aliis est sinus uerus arcus qua-*
drante minoris, aliis est sinus uerus arcus quadrante maioris:
per octauam huius.

XV. Tabulae Sinuum Tangentium & Secantium uul-
gò construuntur ad singula scrupula prima. *Rheticus*
construxit ad decades scrupulorum secundorum.

XVI. Ad

XVI. Ad constructionem tabularum Sinuum, Tangentium & Secantium, ante omnia radius certarum partium est assumendus.

XVII. Quarumcunq; partium radius assumatur, Sinus, Tangentes & Secantes ad eum ferè omnes sunt irrationales, hoc est, numero partium integrarum uel etiam fractionum præcisè uerarum inexplicabiles. per si. p. i. Itaq; tabulæ Sinuum, Tangentium & Secantium exactæ dari nullo modo possunt. Tales autem dari & possunt & debent, in quibus nullus numerus absit à uero per integrum earum partium quarum radius est assumptus. *Vt si radius sit assumptus partium centies mille, ut in nostris tabulis: nullus earum tabularum numerus debet abesse à uero per unam particularum centies millesimorum.*

XVIII. Hanc accurationem ut assequaris, uel fractiones in suppūtandis tabulis non negligas: uel radium multò quam pro tabularum hypothesi maiorem ad constructionem tabularum assumas oportet.

XIX. Atqui fractiones simul cum integris ad calculum adhibere ualde tædiosum est. Ergo radius ad constructionem tabularum tantus assumatur, quantus si assumatur, error in tot à sinistra numeris, quot in tabulis collocatos uolumus, inesse nullus possit: numeri uerò à dextra uersus sinistram erronei post suppūtationem finitam abscondantur. *Sic Regiomontanus, cum uellet suppūtare tabulas Sinuum ad partes radij 6000000. assumpsit radium particularum 6000000000: & finitā suppūtatione de singulis sinibus ita repertis à dextra sinistrorum abscedit notas quatuor. Sic Rheticus cùm uellet tabulas sinuum*

Supputare ad partes radij 10000000000, assumit radium particularum 10000000000000: & finita supputatione de singulis sinibus à sinistra dextrorum abscidit notas quinq. Nos quia non tabulas supputare, sed tantum earum supputandarum rationem iuuenti ostendere uolumus, exempli causa tantum assumemus radium particularum 100000, quo citius harū rerum studiosi exempla nostra omnia ad calculum reuocare, & ita ueritatem preceptorum nostrorum experiri possint.

XX. Assumto radio partium quarumcunq; principio sinus rectos omnium arcuum quadrante minorum iisdem in partibus inquires: tum ex sinibus illis rectis, sinus uersos, Tangentes item & Secantes deduces.


XXI. Sinus recti quoad constructionem tabularum, sunt primarij uel secundarij. Sinus primarij dicuntur à quibus reliqui deducuntur.

XXII. Sinus primarij comodissimè statuuntur tres nēpe semisses laterū Quadranguli, Sexanguli & Decanguli circulo inscriptorū, hoc est, sinus graduum 45.30. & 18.

XXIII. Latus Quadranguli circulo inscripti æquè potest duobus radijs. Ut, latus AB æquè potest duobus radijs AC & CB per

50. p. r. At radius unus partium 100000. potest quadratū 1000000000 Ergo radij duo possunt quadratū 20000000000 Quadratum ergo lateris AB est

Schema
XXVII.



AB est 20000000000. Huius autem radix est 141421. & eius semiſsis 70710. Ergo ſinus graduum 45. eſt 70710.


XXIV. Latus Sexanguli circulo inscripti eſt æquale radio. Sit enim latus Sexanguli circulo inscripti $B C$. Quia igitur $B C$. arcus eſt ſexaginta partium, ex theſi: ideo etiam angulus $B A C$. eſt ſexaginta partium per ſextam primi. Ac proinde anguli $A B C$ & $A C B$. ſimul ſunt iſi 120. partium per 49. primi. At qui anguli $A B C$ & $A C B$. ſunt equaſes per 5. primi.

Nam latera $A B$ & $A C$. ipſis oppoſita ſunt equa-

lia: quippe duo radij. Ergo unusquisq; eorum angulorum eſt 60. partium. At qui tot partium erat etiam angulus $B A C$. Ergo triangulum $A B C$. eſt equalium angulorum. Igitur & equalium laterum per 5. p. i. At qui latera $A B$ & $A C$. ſunt radij: per ſtructuram. Igitur etiam latus $B C$. eſt radius. Latus itaq; Sexanguli circulo inscripti eſt æquale radio: quod de monſtrandum erat. Quod si ergo Radius ſive latus Sexanguli ponatur partium 100000. Sinus graduum 30. ſive ſemiradius erit praecise partium 50000.

XXV. Latus Decanguli circulo inscripti eſt maius ſegmentum radij proportionaliter ſecti. Hic igitur pri- mū ostendendum eſt, quid ſit radium uel datam quamcunq; rectam proportionaliter ſecare: deinde demonſtrandum eſt,

quod



Schema
XXVIII.

quod latus Decanguli sit maius segmentum Radij proportionaliter secuti.

De primo.


Datam quamcunq; rectam proportionaliter secare, est ita eam secare, ut se habeant, sicut tota ad segmentum maius, ita segmentū maius ad segmentum minus.

Sec̄tio illa perficitur in hunc modum. Ex data recta AB fiat quadratum ABCD. & ex angulo illius quadrati B per rectam BE recta AD recte data AB aequalis biseccetur in E. Tum biseccanti EB statuatur aequalis EF, ut appareat

Schem̄a XXIX. differentia bisegmenti EA & biseccantis EB siue EF, quæ differentia est AF. Deniq; ex differentia bisegmenti & biseccantis, nempe ex recta AF. fiat quadratum AF GH. & GH porro producatur ab Hin I. ut fiat oblongum DFGI.

Dico rectam datam AB. proportionaliter sectam esse in H. siue quod idem est: dico differentiam bisegmenti EA & biseccantis EB uel EF. nempe rectam AF cui aequalis AH, esse segmentum maius recte AB proportionaliter sectæ, hoc est: esse, ut AB ad AH. ita AH ad HB. Rectangula enim aequalia habent latera reciproce proportionalia. per 2. cons. 42. p. 1. Atqui quadratum AFGH & oblongum HBCI sunt rectangula aequalia. Si enim ab aequalibus auferantur aequalia: que restant sunt aequalia. Atqui oblongum DFGI. & quadratum ABCD. sunt inter se aequalia.

Nam



Nam unitertio, nempe quadrato $E F$ siue $E B$. minus quadrato $E A$ sunt aequalia. Oblongum enim $D F G I$. est auale quadrato $E F$ minus quadrato $E A$. per 44. p. i. Quadratum uero $A B C D$. est auale quadrato $E F$ siue $E B$ minus quadrato $E A$. per 50. p. i.

Ergo si ab oblongo $D F G I$, & quadrato $A B C D$. aequalibus, auferas auale oblongum $A H I D$. rectangula que restabunt, nempe quadratum $A F G H$ & oblongum $H B C I$ erunt rectangula aequalia: adeoq; habebunt latera reciprocē proportionalia. Ac proinde erunt, ut $H I$ (cui aequalis $A B$) ad $A H$, ita $A H$ ad $H B$. Quod demonstrandum erat.

Consectarium.

Si recta proportionaliter secta maiore sui segmento continuatur, recta sic continuata in ipso continuationis puncto proportionaliter secta erit. Nam oblongum ex continuata & continuatione factum, est auale quadrato datae, hoc est, oblongum $FGID$ est auale quadrato $ABCD$. ut modo demonstratu fuit. Ergo, ut $D F$ ad $D C$, ita $D C$ ad $D I$ siue $A F$. &c.

De Secundo.


Sit ergo nunc in circulo $A B C D$, maius segmentum radij proportionaliter secti, subtensa $A B$. Dico quod decimam circuli siue quintam semicirculi $A B C D$. partem subtendat.

Continuetur $A B$ toto radio $B F$ ut recta $A F$ ex radio & maiore segmento radij composita proportionaliter secetur in B : per consectarium demonstrationis proxime precedentis. Et porro ab F in E ducatur recta $F E$. constituens cum rectis $A F$ & $A E$. Triangulum $A F E$. Ab E uero in B . ducatur

G radius

radius EB constitutus
cum rectis AB & AE
Triangulum ABE . Hac
duo Triangula, Trian-
gulum inquam ABE ,
& Triangulum AFE .
crura habent inter
se proportionalia. Nā
Schema XXX. ut tota AF ad maius
sum segmentū BF uel AE , sic tota AE ad ma-
ius sum segmentum
 AB . Ergo sunt equian-
gula, per 46. p. i. Ac
proinde angulus $A FE$.

est aequalis angulo $B E A$. Atqui anguli $B F E$ & $F E B$. aequan-
tur per 5. p. i. propter aequalia latera ipsis opposita BE & BF .
Ergo & anguli FEB & BEA aequantur. Atqui etiam anguli
 FAE & $F E A$ aequantur per 26. p. i. Nam cum Triangu-
lum BEA sit aequicrurum, etiam Triangulum AFE . aequicru-
rum esse necesse est. Alioqui Triangula equiangula non essent.
Ergo angulus FAE est duplus anguli $A FE$. Adeoq; anguli
duo $A FE$ & FAE . simul sumti sunt aequales tribus angulis
eiusmodi, quales anguli sunt anguli duo FEB & BEA . At-
qui porrò angulus FED exterior est aequalis duobus interiori-
bus opositis, nempe angulis $A FE$ & FAE . per 48. p. i. Ergo
angulus FED . continet tres tales angulos, quales sunt anguli
duo FEB & BEA . Et per consequens, angulus $B E A$ siue po-
tius eius mensura BA est quinta pars semicirculi $ABC D$.



Latus


Latus itaq; Decanguli circulo inscripti est segmentum maius radij proportionaliter secti: quod demonstrandum erat.

Porrò, ex diagrammate sectionis proportionalis apparet: quomodo segmentum maius radij proportionaliter secti sit inuestigandum.

Sit enim radius proportionaliter sectus A B semiradius AE. Recta ex semiradio AE & maiore segmento AF composita sit EF uel EB. Manifestum est si de summa quadratorum radij AB & semiradij AE nempe de quadrato EB extrahas radicē quadratam EB siue EF, & inde auferas semiradium EA, remanere segmentum maius radij proportionaliter secti AF. Iam,

quadratum radij 100000, est 1000000000. quadratum semiradij 50000, est 250000000. Summa horum duorum quadratorū, id est, quadratum EB est: 1250000000. Radix EB uel EF est: 11803. Semiradius EA subtrahendus est 50000. Ergo latus Decanguli AF est 61803. Huius autem semiſsis est 30901. Ergo ſinus graduum XVIII. est partium 30901.

XXVI. Atq; hæc de tribus ſinibus primarijs. Sinus ſecundarij, (hoc eſt, Sinus reliqui omnes) ex primarijs illis deducuntur per inuestigationem ſinuum complementorum: arcuum item dimidiorum & duplorū: Sinuum deniq; ſummæ vel differentiæ duorum arcuum inæqualium coniunctim quadrante minorum:




Schema
XXIX.

Dato sinu recto cuiuscunq; arcus: Sinum comple-
menti reperiire.

XXVII. Sinus complementi reperitur per s.o. p. i.

Schema XXXI. Nam sinus arcus & sinus comple-
menti æquè possunt radio, ut
sinus BD & AD (cui æqualis est
EB per 4. c. 7. huius.) æquè pos-
sunt radio AB. Subtracto igitur
quadrato BD, de quadrato AB re-
linquitur quadratum AD. Cuius
radix AD uel EB est sinus comple-
menti FB.. Exemplum.



Radius AB. 100000.

Sinus BD. 50000. XXX gr.

Quadratum AB. 10000000000.

Quadratum BD. 2500000000. subtrahendum de Quadrato AB.


Residuum Quadratum AD, 7500000000.

Huius radix 86602. est sinus AD uel EB. arcus F B. LX. gradū.

Dato sinu recto & uerso cuiuscunq; arcus, sinum arcus
dimidiij reperiire.

XXVIII. Sinus arcus dimidiij
rectissimè reperitur per eandē

Schema XXXII. Nam sinus rectus BD
& uersus DC (qui reperitur subtra-
cto sinu complementi AD de radio
AC) æquè possunt subtensa sui ar-
cus BC. per s.o. p. i. cuius subtensa
dimidiij EC est sinus arcus dimidiij A
FC. per 7. huius.



Exemplum.

Exemplum.

B D. Sinus 86602. Arcus B C, 60. gr.

Eius quadratum. 7500000000.

D C. Sinus uersus 50000. arcus B C. 60. gr.

Eius quadratum 2500000000.

Summa horum duorum quadratorum 10000000000.

Inde extracta radicis B C —————— 100000.

Semissis E C. —————— 50000.

Est sinus dimidijs arcus F C. 30. graduum.

*Dato Sinu recto arcus, una cum sinu complementi, sinum
arcus dupli reperire.*

XXIX. Sinus arcus dupli facilimè reperitur per 46.

p. i. Nam ut Radius A B ad sinum rectum arcus B D, nempe
ad sinum BCuel DE. ita sinus com-

plementi A E ad sinum EIuel HG.
qui sinus HG. duplicatus, nempe
sinus FG. est sinus arcus dupli FD.

Ideo autem GH est dimidijs si-
nus FG. quia in Trigono FD Gre-
cta HE. parallela basi GD bisé-
cat crus FD. per structuram. Er-
go etiam bisecat crus FG. per

45. p. i.

Exemplum.

Vt, AB. 90. gr. ad BC. 35. gr. ita AE. 55. gr.

100000

57357


81915.

*ad EI. sine HG 46984. cuius duplum FG. 93968. est
sinus arcus FD 70. gr.*

XXX. Sinus summæ uel differentiæ duorum arcuum
inæqualium coniunctim quadrante minorum facil-

G iii mè repe-

Schema
XXXIII.




mē reperitur per 54. p. i. hoc est per figuram quadrilateram circulo inscriptam. In qua inscriptione eisimera sunt subtensa, non sinus: tamen, quia sinus sunt semisses subtensarum: eadem autem est proportio totius ad totum, quæ dimidij ad dimidium: Ideo si subtensis datis numeros semiſum subtensarum ſive ſinuum attribuas, etiam subtensa inuentæ ſinuſ erunt. Hoc eſt, ut exemplo perſpicuo rem per ſe non nihil obscuram illuſtremus:

Si subtensam AD habeas pro ſinu AE, subtensa AC erit ſinus AF &

Schemma subtensa CD erit ſinus
XXXIV. CG uel FE. Nam ut AD

ad AE ita AC ad AF &
ita CD ad CG. adeoq;:
ut AD eſt AE ſic AC eſt
AF. & ſic CD eſt CG.

per 46. p. i.



Quod si subtensa AC habeatur pro ſemiffe subtensa AF etiam arcus AC. habebitur pro arcu AB. adeoq; totus circulus ABCD. secundum hanc hypothesin non erit niſi partium 180.

Datis ſinibus duorum arcuum inæqualium coniunctim quadrante minorum, unā cum ſinibus complementorum, ſumma duorum illorum arcuum inuenire.

Sint ergo dati duo arcus inæquales AB 20. grad.


BC. 15. grad. eorumq; complementa AD 70. grad.

CD. 75. gr. Et horum omnium ſinuſ.

AB. 34202 X AD. 93969.

BC. 25881. CD. 96592.

Vnacum radio B D. 100000.

Schema
XXXV.

Queratur autem sinus AC summae duorum arcuum AB & BC.

35. gr.

Primum multiplicentur alternatim sinus arcus unius per sinū complementi alterius nempe AB per CD & BC per AD. Tum producta componantur. Deniq; summa per radium BD diuidatur, hoc est, nota quinq; à dextris absindantur. Notae reliquæ erunt sinus summae datorum duorum arcuum AB & BC, nempe sinus arcus AC. quæ situs, hoc modo :

Productum primum 3303659584.

Productum secundum 2432011689.

Summa —————— 57356 | 71273.
Sinus

A G. 35. gr.

Datis Sinibus duorum arcuum inequalium, coniunctim quadrante


drante minorum, una cum sinibus complementorum, Sinum differentiae duorum illorum arcuum inuenire.

Sint rursum dati duo arcus inæquales : iidem qui ante : una cum sinibus & suis & complementorū. Quæratur autem sinus differentiae duorum illorum

Schema arcum nempe sinus ar-

XXXVI. cus A. C. s. gradum. A

Sinus dati sunt ut ante.



$$AB. \ 34202. \quad \times \quad AD. \ 93969$$

$$BC. \ 25881. \quad \times \quad CD. \ 96592.$$

Multiplicatio etiam sinuum datorum fit alternatim ut ante. Producta vero non componuntur, ut ante : sed productū minus à maiore subtrahitur : & de residuo note quinq[ue] rescinduntur : hoc modo.

$$\text{Productum maius.} \quad 3303659584.$$

$$\text{Productum minus.} \quad 2432011689.$$

$$\begin{array}{r} \text{Residuum.} \\ \hline 8716 \end{array} \quad | \quad 47895.$$

Sinus

A.C. s. gr.

Eadem igitur opera Sinum summæ vel differentiæ duorum arcuum inæqualium reperire licet : ibi per additionem productorum, hic per subtractionem.


Datis sinibus duorum arcuum inæqualium coniunctim quadrante

drante minorum, una cum sinibus complementorum: sinum complementi summe dictorum duorum arcuum reperire.

Sint dati duo arcus in-
æquales, qui ante, A B.

20. & B C. 15. graduū
una cum suis & com-
plementorum sinibus.

Sintq; sinus illi.



Schema
XXXVII

$$\begin{array}{l|l} \text{A B. siue D E. } 34202. & \text{A D. siue B E. } 93969. \\ \text{B C. } \underline{25881.} & \text{C D } \underline{96592.} \end{array}$$

Quæratur autem E C. sinus complementi summae datorum
duorum arcuum A B & B C. hoc est, sinus complementi arcus
A C. 35. gr. nempe sinus arcus E C. 55. gr.

Primum multiplicentur mutuò, tum sinus arcuum datorum,
tum sinus complementorum nempe A B siue D E per B C & A D
siue B E per C D.

Tum productum minus auferatur de maiore: & de residuo
prescindantur notæ quinq;. Notæ reliqua erunt sinus C E. que-
situs hoc modo.

$$\text{Productum complementorū A D siue B E } & C D. 9076653648.$$

$$\text{Productum Sinuum A B siue D E } & B C. 885181962.$$

Differentia.

$$\frac{8191471686.}{}$$

Sinus E C

55. gr.

H


Datis

Datis sinibus duorum arcum inaequalium, conianctim quadrante minorum, una cum sinibus complementorum, sinum complementi differentiae dictorum duorum arcum reperire.

Sint dati duo arcus in-
aequales, qui pridem,
una cum suis & com-
plementorum sinibus:

Schema hoc modo.

XXXVIII.



$AB \text{ siue } DE = 34202.$	$ $	$AD \text{ siue } BE = 93969.$
$BC = 25881.$	$ $	$CD = 96592.$

Quæratur autē EC , sinus complementi differentiae arcuum AB & BC que differentia est AC . s. gradū. Vnde sinus CE erit 85. gra. Primum, multiplicentur mutuò tum sinus arcum datorum AB & BC . tum sinus complementorum BE & CD . ut ante. Deinde producta componantur: & de summa nota quingā dextris rescindantur. Nota reliqua erunt sinus complementi differentiae datorum duorum arcum, hoc modo.

Productum complementorum AD & $CD = 9076653648.$

Productum Sinuum AB & $BC = 885181062.$

Summa	<hr style="width: 50%; margin-left: 10px;"/>	99618	35610.
		Sinus EC	
		85. gr.	

Eādem

Eadem igitur operâ sinum complementi summa uel differentia duorum arcuum in aequalium reperire licet: ibi per subtractionem: hic per additionem.

Causa diuersitatis calculi in inuentione sinuum tum summa uel differentia, tum complementorum summa uel differentie, ex adiunctis diagrammatiis cum 54. p. 1. collatis satis sunt manifeste.

XXXI. Atq; hæc fuerunt quasi instrumenta: quibus sinus secundarij omnes è primarijs deducuntur. Nunc ordinem deductionis commodum ostendemus.

Principio igitur è datis duobus sinibus primarijs posterioribus, nempe è sinibus 30. & 18. graduum erue sinus complementorum 72. & 60. graduum per 27. huius. Eruntq; sinus.

Arcuum	Complementorum.
30. gr. 50000.	60. gr. 86602.
18. gr. 30901.	72. gr. 95105.

Deinde ex his quatuor sinibus unà cum radio datis: eruantur sinus tum summa ac differentiae arcuum 18. & 30. nempe sinus arcuum 48. & 12. tum complementorum predictæ summa uel differentie, nempe arcuum 42. & 78. per 30. huius. Eruntq; sinus

Arcuum	Complementorum.
48. gr. 74314.	42. gr. 66913.
12. gr. 20791.	78. gr. 79814.

Tertiò, ex sinu arcus 12. gr. inquirantur sinus arcuum continuè dimidiorū. Nempe arcuum 6. 3. 1½. gr. &c. unà cum sinus complementorum: per 28. & 27. huius. Et in hac inquisitione procedatur eò usq; dum nulla amplius appareat differentia proportionis inter arcus minores & sinus arcubus illis respondentes. Eruntq; sinus

H y Arcuum

<i>Arcuum minorum</i>	<i>Complementorum.</i>
6. 0 —— 10452.	84°. —— 99452.
3. 0 —— 5233.	87 —— 99862.
1. 36 —— 2617.	88 $\frac{1}{2}$ —— 99965.
0. 45' —— 1308.	89 $\frac{1}{4}$ —— 99991.

Quarto quia iuxta sinus arcuum 1. gr. 30. scrup. & o. gr. 45. scr. differentia proportionis inter arcus & sinus arcubus respondentes: secundum quidem hypothesin radij 100000; & in numeris eius radij integris; prorsus evanescit. Nam ut arcus 45'. est dimidium arcus 1° 30. ita sinus 1308. est dimidium sinus 2617. Ideo & sinu arcus 45'. nempe ex sinu 1308. omnium reliquorum arcuum dodrante gradus minorum sinus colligere licet per auream (quam vocant) regulam hoc modo:

Primum.

Vt 45. scr. ad sin. 1308. ita 1. scr. ad sin. 29.

Deinde.

<i>Vt 1. scr. ad sin. 29. sic 2. ad.</i>	58.
3 ad.	87.
4 ad.	116.
5 ad.	145.
6 ad.	174.
7 ad.	203.
8 ad.	232.
9 ad.	261.

&c.


His fundamentis ita iactis: deinde per regulas supra traditas, de inuentione sinuum complementorum, arcuum item duplorum & dimidiorum: summae deniq; uel differentiae duorum arcuum inequalium, coniunctim quadrante minorum, facile sinus

sinus reliqui omnes inueniuntur, & ita tabulae sinuum rectorum absoluuntur.

XXXII. Tabulas Sinuum uersorum haec tenus nemo condidit. Nullo autem negocio condi possent. Sinus enim complementi subtractus de Radio, relinquit sinus uersum arcus quadrante minoris. Sinus uero excessus additus ad Radium, componit sinus uersum arcus quadrante maioris. per 8. huius.

Verbi gratia.

Si queratur sinus uersus arcus quadrante minoris BC. 30. gr. Subtractus sinus complementi 60. gr. AE. 86602. de radio AC. G 100000. relinquet sinus uersum quæstū EC. 13398. hoc modo:



Schema
XXVI.

$$\begin{array}{r}
 \text{Arcus datus. } 30. \text{ gr.} \\
 \text{Complementum. } 60. \text{ gr.} \\
 \hline
 100000. AC. \\
 86602. AE. \\
 \hline
 13398. EC.
 \end{array}$$

Sin queratur Sinus uersus arcus quadrante maioris GFB. 150. gr. Additus sinus excessus 60. gr. AE. 86602. ad Radium AC. 100000. componit sinus uersum quæstum EG. 186602. hoc modo:

H ij Arcus

Arcus datus. 150. gr.

Quadrans — 90. gr. ————— 100000. G.A.

Excessus. 60. gr. 86602. AE.

186602. GE.


XXXIII. Tabulæ Tangentium & Secantium ex tabulis Sinuum regitorum ita deducuntur.

I. *Vt sinus comple-*
menti ad sinum arcus:

Schema ita Radius ad Tangen-
tem arcus.

XXVI. *Vt sinus comple-*
menti ad Radium: ita

Radius ad Secantem
arcus.



Nam per 46. p. I.

I. *Vt AE ad EB. ita AC ad CL.*

II. *Vt AE ad AB ita AC ad AL.*

Exempli gratia quarantur Tangens & Secans
arcus BC. 30. gr.

Sinus 30. gr. est 50000. BE.

Sinus compl. 60. gr. est 86602. AE.

Dico igitur.

I. *Vt AE. 86602. ad BE. 50000. ita AC. 100000.*

ad CL. 57733.

Ergo

Ergo Tangens arcus 30. gr. est 57733.

*H. Vt AE 86602. ad AB. 100000. ita AC. 100000,
ad AL. 115470.*


Ergo Secans arcus 30. gr. est 115470.

XXXIV. Dispositio tabularum sinuum, tangentium & secantium, siue Canonis Triangulorum, alijs alia placet. Nobis commodissima visa est ea quam uides. In qua primo & postremo paginæ cuiuscunq; loco sunt arcus quadrantis, per gradus & minuta siue scrupula prima in margine sinistro descendentes: in margine dextro ascendentes. Locis intermedijs sunt sinus, tangentes & secantes, arcubus illis respondentes: atque adeo similiter in sinistra quoque columna descendentes: in dextra ascendentes.

XXXV. Usus tabularum illarum siue Canonis Triangulorum hic est: ut unius cuiuscunq; arcus propositi uel etiam complementi sinum, tangentem aut secantem inde promptè excerpere, & ita in calculo Triangulorum sine remora progredi possis.


XXXVI. Cæterum, meminisse te oportet: nos Canonem Triangulorum non ulterius extendisse: quād ad scrupula prima. Quod si igitur scrupula etiam secunda ad calculum adhibere libeat: ita sinus tangentes aut secantes eorum arcuum, quibus scrupula secunda adiuncta sunt repieres. Sit uerbi gratia quærendus sinus arcus 35°. 11'. 10". Primum è tabulis accipio sinum arcus 35°. 11' — 57619. Deinde ex ijsdem tabulis accipio sinum 35°. 12'. — 57643. Et differentiam horum duorum sinuum noto: quæ differentia est 24. Ac de-

nique ita concludo. 60. scrupula secunda (*que continentur uno scrupulo primo, quo distant inter se arcus 35°. 11'. & 35°. 12'*) dant hoc loco 24. partes tales, qualium partium radius est 100000. quot eiusmodi partes dant 10. scrupula secunda: R. 4. *Calculus integer talis est.*



Quatuor igitur partibus ad partes 57619. additis, existit sinus. 35°. 11. 1'0''. partium 57623.

Sit contra quærendus arcus respondens sinui 57623. Sinum illum in tabulis non reperio. Colligo igitur differentiam inter duos sinus, quorum alter sit proximè minor, alter proximè maior: nempe inter sinus 57619. & 57643. quæ differentia est 24. Item colligo differentiam inter sinum propositum 57623. & proximè minorem 57619: quæ differentia est 4. Quibus omnibus rite peractis, deniq; ita concludo. 24. partes dant 60. scrupula secunda: quot scrupula secunda dabunt quatuor partes: R. 10. *Calculus integer talis est.*



Ergo ad arcum 35°. 11'. quem præbet sinus sinu proposito proximè minor 57619. additis decē scrupulis secundis: existit inde arcus 35°. 11. 1'0''. cōpetens sinui proposito. 57623.

BARTHO-

BARTHOLO-

mai Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ LIBERTERTIVS.

De dimensione Triangulorum planorum.

Hactenus de principijs Trigonometriæ, & de tabulis Sinuum, Tangentium & Secantium, ad Trigonometriam exercendam necessarijs. Nunc sequitur ipsa illa Trigonometria, siue dimensio Triangulorū, tam planorum quam Sphæricorum. In qua utraq; explicanda: quia non aliter quam per regulam proportionum absolvitur: ut supra dictum fuit: principio quidem axiomata quædam trademus, ex quibus intelligatur, quæ proportiones quibus Triangulis Triangulorum ue partibus insint: quæ axiomata idcirco AXIOMATA PROPORTIONVM appellare libet: Deinde uero ostendemus, quomodo axiomata illa ad usum applicari debeant, siue, quomodo beneficio paucorum illorum axiomatum quodlibet quæsumum, in quois Triangulo proposito ex quibusuis tribus datis, quam citissime reperiri possit.

Axiomata proportionum in Triangulis planis existentium præcipua, & ad omnem eorum solutionem abundè sufficientia sunt sex.

AXIOMA PRIMVM.

In Triangulis planis rectangulis:

Vt hypotenus a perpendiculum: ita Radius ad sinu I anguli

anguli perpendiculo oppositi. & contra.

DECLARATIO. In

Triangulo plano ABC . re-

Schema triangulo ad C . in quo hy-

XLV. potensia est AB . perpen-

diculum BC . Basis AC .

Radius imaginatione con-

ceptus AD . Sinus anguli

perpendiculo oppositi DF .

& angulus ad F . rectus:

per 3. c. p. 2. Dico esse:

Vt AB *ad* BC . *ita* AD *ad* DF . *uel*.

Vt AD *ad* DF . *ita* AB *ad* BC .

Et contra.

Vt FD *ad* DA . *ita* CB *ad* BA .

DEMONSTRATIO. Triangula enim ABC & ADF .

sunt equiangula: per 4. c. 49. p. 1. ob rectos ad C & F . per

thesin: & communem ad A ; per structuram: uel aequales ad

B & D per 38. p. 1. Ergo latera habent circa aequales angu-

los proportionalia: per 46. p. 1. Et per consequens, est ut AB ad BC . ita AD ad DF , &c.

ILLUSTRATIO per numeros. Primum igitur, sint da-

ta prater rectum: hypotenusa AB . s. pedum: & perpendicu-

lum BC . s. pedum. Queratur autem angulus perpendiculo

oppositus BAC . Dico:


Vt AC . s. ad BC . s. ita AD . 100000. ad DF . 60000.

Atqui sinu DF 60000. in tabulis sinuum respondet arcus 36.

gr. 53. min. Ergo angulus BAC . est 36. gr. 53. min.

Deinde: sint data prater rectum: hypotenusa AB . s. pedum

& angulus



$\&$ angulus perpendiculo oppositus BAC . 36. gr. 53. m. cuius anguli sinus est tabulis deponitus sit DF . 60000. Queratur autem perpendiculum BC . quot pedum? Σ , Trium. Nam

Vt AD 100000. ad DF 60000. ita AB . 5. ad BC . 3. Deniq; sint data præter rectum: acutus BAC . 36. gr. 53. m. eiusq; sinus rectus DF . 60000. partium, $\&$ perpendiculum BC . trium pedum. Queratur autem hypotenusa AB . quot pedum? Σ , quinq; Nam

Vt DF 60000. ad AD 100000. ita BC . 3. ad AB . 5.


AXIOMA SECUNDVM.

In Triangulis planis rectangulis:

Vt basis ad perpendiculum, ita radius ad tangentem anguli perpendiculo oppositi. Et contra.

DECLARATIO. In

Triangulo plano ABC . re-
ctangulo ad C . sint hypote-
nusa, perpendiculum $\&$ ba-
sis, ut ante: Radius imagi-
natione conceptus AE Tan-
gens anguli BAC itidem
imaginatione concepta DE . A
 $\&$ angulus AED . rectus per
9. p. 2. Dico esse.



Schema
XLVI.

Vt AC ad CB . ita AE ad ED . uel.

Vt AE ad ED . ita AC ad CB . Et contra.

Vt DE ad EA . ita BC ad CA .

DEMONSTRATIO. Triangula enim ABC & ADE . sunt aequiangula propter communem ad A & rectos ad C & E . per 4. c. 49. p. 1. Ergo habent latera circa aequales angulos pro-

I ij portionalia

portionalia. per 46. p. 1. &c.

ILLVSTRATIO per numeros. Primum ergo sint data
præter rectum: basis A C 4. pedum & perpendicularum B C. tri-
um pedum: queratur autem angulus B A C. quot graduum?
R². 36. gr. 53. m. Nam:

Vt A C. 5. ad C B. 3. ita A E. 100000. ad E D. 75000. tan-
gentem anguli B A C. 36. gr. 53. m.

Deinde sint data præter rectum: basis A C. 4. pedum & an-
gulus B A C. 36. gr. 53. m. hoc est: per tabulas tangentium,
tangens D E. 75000. partium: & perpendicularum B C. quot
pedum? R². trium. Nam:

Vt A E. 100000. ad E D. 75000. ita A C. 4. ad C B. 3.
Deniq^s sint data præter rectum: acutus B A C. 36. gr. 53. m.
adeoq^s tangens D E. 75000. partium: & perpendicularum B C.
trium pedum. Queratur autem basis A C. quot pedum? R². 40.
Nam

Vt D E 75000. ad E A 100000. ita B C. 3. ad C A. 4.

AXIOMA TERTIVM.


In Triangulis planis rectangulis:

Vt basis ad hypotenusam; ita Radius ad secantem
anguli perpendiculari oppositi.

DECLARATIO. Repe-
tito schemate secundi axi-

Schema omatis sint cætera ut ante-
XLVI. Secans anguli perpendicu-

lo oppositi, nempe anguli
B A C sit recta AD. Dico esse:



Vt C A

Vt CA ad AB. ita EA ad AD. uel:

Vt EA ad AD. ita CA ad AB.

Et contra:

Vt DA ad AE. ita BA ad AC.

DEMONSTRATIO. Triangula enim ABC & ADE. sunt equiangula, ut ante.

Ergo etiam habens latera circa aequales angulos proportionalia, ut ante.

ILLVSTRATIO per numeros. Primum ergo sint data, præter rectum basis AC. 4. pedum, AB 5. pedum, queratur autem angulus BAC. perpendiculo BC. oppositus. Dico:

Vt CA ad AB. ita EA ad AD.

$$\begin{array}{cccc} 4 & 5 & 100000 & 125000 \end{array}$$
 cui secanti respondet arcus FE 36° . $5'3.$ mensura anguli BAC quæsiti. Sint deinde data præter rectum angulus BAC. 36° . $5'3.$ eiusque secans AD. 125000. & perpendiculum dato angulo oppositum BC. 3. p. queratur autem AB. hypotenusa quot pedum? Dico:

Vt EA. 100000. ad AD. 125000. ita CA. 4. ad AB. 5.
Sint denique data præter rectum hypotenusa AB. 5. pedum, & secans anguli BAC. nempe AD. 125000. partium, queratur autem basis AC. quot pedum? Dico:

Vt DA. 125000. ad AE. 100000. ita BA. 5. ad AC. 4.

AXIOMA QVARTVM.


In Triangulis planis uniuersis:

Latera si nibus angulorum oppositorum directe sunt proportionalia.

DECLARATIO. In Triangulo plano

rectangulo ABC, Dico esse:

Schema XLVII. Ut latus AB ad sinum anguli ACB. ita
latus BC ad sinum anguli BAC. & ita
latus AC ad sinum anguli ABC.



Similiterq; in Triangulo

Schema piano obliquangulo DEF.

XLVIII. Dico esse:

Ut latus ED. ad sinum an-
guli EFD. ita latus FE ad

sinum anguli FDE. & ita latus FD ad sinum anguli FED.

Vel transpositis terminis intermedijis.

Ut AB ad BC. ita BCA ad CAB. Et,

Ut DE ad EF. ita EFD ad FDE, &c.

Ex qua transpositione melius apparet: cur Regiomontanus
hanc proportionem directam appellârit: quia nimirum in ea
sunt directè: ut latus ad latus: ita angulus ad angulum: non
autem reciprocè: ut latus ad angulum: ita angulus ad latus.

DEMONSTRATIO.

De Triangulis rectangulis

res est plana. Nam sinus

Schema anguli ACB sine AFD est


XLV. radius AD. sinus uero an-

guli BAC sine DAF est re-

cta ADF. sinus deniq; anguli

ABC sine per 38. p. 1. ADF

est recta AF per 4. c. 7. p. 2. A



Atqui:

Ut AB ad AD. ita BC ad DF. & ita AC ad AF

per 46. p. 1.

Ergo

Ergo etiam:

Vt AB ad ACB. ita BC ad BAC.

& ita AC ad ABC. &c.

In Triangulis obliquangulis nihil etiā prorsus est difficultatis.

Primum enim si cen-

tro F Radio FE de-

scribas circulum E L.

perpendiculum E K.

erit sinus anguli EFD

per 7. p. 2. Deinde si

radio FE. aqualem

statuas radium D G.

& inde describas circulum G I. perpen-

diculum G H. sinus erit anguli E D F.

Atqui ut DE ad DG. (cui aequalis EF) ita EK ad GH. per

46. p. 1. Ergo ut latus DE ad latus EF. ita sinus anguli EFD

ad sinum anguli FD E.

Quod si pro acuto FDE assumatur obtusus FIE. & lateri IE

statuatur aequalis latus ED : quia anguli EID & EDI. sunt

aequales per s. p. 1. Sinus autem anguli EID. est etiam sinus

anguli EIF. per 1. c. 7. p. 2: Ideo similiter erunt:

Vt IE ad EF (hoc est, ut DE ad DG.) ita EKI ad

FIE. hoc est, ita EK ad GH.

In uniuersum igitur: latera sinibus oppositorum angulorum
sunt directe proportionalia: quod demonstrandum erat.

ILLVSTRATIO per numeros.



Sit latus AB. 5. B C. 3. pedum. Angu-

lus ACB lateri AB. oppositus sit rectus:

cuius sinus est 100000. Queritur: quan-

tus sit angulus BAC. qui lateri BC est

oppositus. Dico:

Schema
XLIX.Schema
XLVII.

Vt AB 5. ad ACB. 100000. ita BC. 3. ad BAC. 60000.

Ergo angulus BAC. est 36.gr. 53. min.

NOTA. In usu huius axiomatis: Si dentur duo latera, unà cum angulo, minori datorum laterum opposito: & queratur angulus, maiori datorum laterum oppositus: quia is angulus tam acutus quam obtusus esse potest: & sinus utriuslibet est idem per I. c. 7. p. 2. Ideo ne in calculo erres: qualis sit is angulus quem queris, acutus an obtusus, ante omnia constitutum habeas oportet. Verbi gratia. *Si in Triangulo EIF dentur latera EI & EF. unà*

Schemata cum angulo EFI. quer-

XLIX. ratur autem angulus

EIF. Si per solos nu-

mberos ista data sint:

Triangulum autem

ipsum appictum non

sit: quia eadem data etiam in Triangulo DEF. inesse possunt: propterea quod latus ED potest esse aequale lateri EI. angulo

EFI. & latere EF ipsisdem manentibus: ideo ne pro obtuso

EIF. inuenisse te putas acutum EDF. ante omnia constitutum


habeas oportet, qualis sit angulus lateri EF oppositus, quem queris: acutus nimirum an obtusus?

AXIOMA QUINTVM.

In Triangulis planis uniuersis:

Vt summa duorum laterum ad differentiam eorumdem: ita tangens dimidij summæ duorum angulorum oppositorum, ad tangentem differentiæ infra uel supra dimidium.

DECLARATIO



DECLARATIO. In Triangulo plano obliquangulo ABC. dico tangentem dimidiij summae duorum angulorū ad A & B. esse ad tangentem differentia anguli B. supra, & anguli A. infra dimidium: Ut est summa duorum laterum BC & AC. oppositorum ad differentiam eorundem.

DEMONSTRATIO. Descripto enim quadrante ABC statuantur anguli DAE & EAC. angulis ABC & BAC. aequales. Ac proinde sit summa duorum illorum angulorum, angulus DAC. Dimidium illius summae sit DAF uel FAC. Differentia anguli DAE. supra dimidium DAF uel anguli EAC. infra dimidium FAC. sit angulus FAE. Subtensa summae duorum angulorū sit recta DC. Sinus anguli maioris DAE sit recta DG. Sinus anguli minoris EAC sit recta CH. Tangens dimidiij summae duorum angulorum sit FM uel FK. Tangens differentiae infra uel supra dimidium sit FE. Iam Triangula GDP & CPH. sunt aequiangula per 4. c. 49. p. 1. Propter aequales DPG & CPH. per 13. p. 1. & rectos ad G & H. per 3. c. 7. p. 2. Ergo in hoc secundo schemate:


Vt PD ad GD. ita PC ad CH. per 46. p. 1.

Sicut in primo:


K

vt AC

Schema
L.



Schema
LI.



Vt AC ad ABC. ita BC ad BAC. per axioma præsens.
Latera igitur DP & PC. prorsus eandem habent rationem
in secundo schemate: quam latera AC & BC in primo sche-
mate. Quare rectam DC. pro summa datorum duorum late-
rumb AC & BC. partes uero DP & PC. pro ipsis duobus late-
ribus AC & BC. assumere licet. Quo posito, NP est differen-
tia duorum laterum. Latera autem ibi AC & BC. hic DP &
PC. data sunt. Data igitur est etiam differentia eorum laterum
NP. & eius differentia dimidium OP. Porro, quia Triangula
composita AKL FEM. & ADNOPC. sunt undig aquian-
gula: propter parallelas DC & KM. Ideo & latera & laterum
segmenta habent proportionalia. per 46. & 47. p.r. Ac proinde:

Vt DC summa duorum laterum: ad NP differentiam
eorundem,

Ita KM dupla tangens dimidiij summae duorum angulorum,
ad LE. duplam tangentem differentiae infra uel supra
dimidium. Vel.

Vt OC. dimidium summae duorum laterum ad OP dimidium
differentiae eorundem.

Ita FM tangens dimidiij summae duorum angulorum oppo-
sitorum ad FE tangentem differentiae infra uel supra
dimidium. Vel:

Retentis prioribus quidem duobus proportionis terminis inte-
gris: posterioribus uero dimidiatis: compendiosioris
calculi gratia:

Vt DC. summa duorum laterum ad NP. differentiam eorun-
dem: ita FM. tangens dimidiij duorum angulorum opposito-
rum ad FE. tangentem differentiae infra uel supra dimidium.
Nam ut totum ad totum: ita pars ad partem. Ergo ut tota

KM. ad

K M ad totam L E. ita dimidia F M. ad dimidiā F E.

IL LVSTRATI O per nu-
meros. Sit jam latus A C. 5.

B C. 3. summa laterum 8. dif-
ferentia eorumdem 2. angulus

A C B. 40. gr. Ergo summa
angulorum ad A & B. erit 140. gr. per 49. p. i. cuius summa
dimidium 70. gr. cuius tangens 282391. Queratur autem
angulus ad A vel B. quantus sit. Dico:

Vt summa laterum. ad differentiam eorumdem, ita

8

3

Tangens dimidiij summae angulorum
oppositorum.

282391.

ad 105898. tangentem arcus 46°. 8. differentia anguli

A. infra & anguli B. supra dimidium.

Ergo erunt:

70°.

70°. 0'

46. 8

46. 8

Angulus ad A. 116. 8. Angulus ad B. 23. 52'.

Nihil autem interest siue angulus ad B sit acutus siue obtusus.


Item: nihil interest, siue summa duorum angulorum quadranta-
tem excedat siue non excedat. Vt uidere poteris: si ad istius-
modi casus singulos, singula diagrammata tibi delinearū.

A X I O M A S E X T U M .

In Triangulis planis uniuersis:

Vt latus maximum ad summam reliquorum laterum:
ita differentia reliquorum laterum, ad segmentum la-
teris maximi: quo demto, in reliqui dimidium per-
pendiculum cadit.

K y DECLA-



Schemma
L.

D E C L A R A T I O.
Sit Triangulum obliquangulum ABC eiusq; latus minimum A C. maximum B C. Radio lateris minimi A C.

S C H E M A centro A describatur circulus CDEF

LII. secans reliqua duo latera in punctis E

& F. Et latus AB. porro producatur in D. Erit q; BD summa laterū AB & AC. nam AC & AD aequalantur per structuram. BE uero erit differentia laterū AB & AC. Nam AE & AC rursus aequalantur per structuram. Dico.



Primum esse, ut CB ad BD. ita EB ad BF.

Deinde, perpendicularum AG. bisecare rectam FC.

D E M O N S T R A T I O.

Nam, quod ad primum

S C H E M A attinet, Rectangula aequalia habet latera reciprocè proportionalia per 2. c. 42. p. i.
Atqui oblonga, facta



ga, facta ex BD & BE. Item ex BC & BF sunt rectangula aequalia. Ergo habent latera reciprocè proportionalia: adeoq; ut BC ad BD ita BE ad BF.

Minor probatur. Nam quæ uni sunt aequalia, etiam inter se sunt aequalia. Atqui oblonga ex BC & BF. Item ex BD & BE. sunt aequalia uni quadrato rectæ, BK. tangentis anguli BAK. Ergo etiam inter se sunt aequalia.

Minor rursum probatur. Ac primum quidem de oblongo BD & BE. quod sit aequalis quadrato BK. sic probatur:

Si recta bisecta continuetur, oblongum continuata & continuationis est aequalis quadrato rectæ ex bisegmento & continuatione compositæ: minus quadrato bisegmenti per 44. p. i.

Atqui ED est recta bisecta in A. & continuata ab E in B.

Ergo oblongum continuata DB & continuationis EB. est aequalis quadrato AB. minus quadrato EA. cui equatur AK. per constructionem.

Atqui quadratum AB. minus quadrato AK est quadratum BK. per 50. p. i.

Ergo oblongum BD, BE aequalis quadrato BK.

Deinde uero, de oblongo BC, BF quod sit aequalis quadrato BK. sic probatur.

Oblongum BC, BF est aequalis quadrato BG. minus quadrato FG. per modo citatam 44. p. i.

Iam adde ad oblongum CB, BF quadratum FG. & insuper quadratum AG.

Id si factum fuerit, oblongum BG, BF. una cum quadratis FG & AG. erit aequalis quadrato AB. Nam per additionem quadrati FG. completur quadratum BG. cui quadrato BG. si jungatur quadratum AG. conficitur quadratum AB.

Atqui quadrata FG & AG. sunt quadratum AF. per 50.
p. 1. cui equatur AK per structuram.

Ergo oblongum CB & BF una cum quadrato AK est aequalis
quadrato AB. Ac proinde sine quadrato AK est aequalis qua-
drato AB minus quadrato AK. hoc est, quadrato BK. per 50.
p. 1. Ceterum: quod secundo loco proposuimus: de perpendiculari
AG. bisecante rectam FC. id sic probatur. Quia Triangulum
FAC est aequalium laterum FA & AC. per structuram. Er-
go perpendicularum AG bisecat basin FG. per 23. p. 1.

Igitur in Triangulo obliquangulo: ut latus maximum ad sum-
mam reliquorum laterum: ita differentia reliquorum laterum
ad segmentum lateris maximi: quo demto in relieti dimidiū
perpendicularum cadit. Quod demonstrandum erat.

ILLVSTRATIO per numeros. Sint ergo data tria late-
ra AB. 20. pedum. BC. 21. p. AC. 13. p. queratur autem
segmentum BF. quo demto de BC. innotescant GC & GB.
bases Triangulorum rectangularium AGC & AGB. Dico:

Ut latus maximum ad summam reliquorum laterum.

BC. 21.

AB & AC. 33.

ita differentia reliquorum laterum.

BE. 7.

ad BF. 11. quo demto de BC. 21. relinquitur FC. 10.
cuius dimidium est 5. Ergo GC est 5. GB. 16.

Vsus præcedentium axiomatum,

Sine

Manuductio, qua ostenditur, quomodo beneficio
paucorum illorum axiomatum quodlibet quæ-
situm, in quois Triangulo plano ex quibusuis
tribus

tribus datis quam facilimè reperiri possit:
unico casu excepto : de quo
mox dicetur.

In Triangulo plano dantur:

1. Vel tres anguli cum nullo latere vel uno.
2. Vel unus angulus, cum duobus lateribus.
3. Vel nullus angulus, sed latera tria tantum.

Nota. Non potest dici: duos angulos dari: quia duo anguli dari non possunt, quin simul tertius detur per 49. p. i.

1. Si dentur tres anguli cum latere nullo: latus nullum inde inuestigari potest. *Tres enim anguli Trianguli unius tribus angulis Trianguli alterius aequales esse possunt: etiam si latera omnino*

sint inaequalia.

Vt tres anguli

Triangulorum

A B C & D B E

sunt aequales:

propter bases

A C & D E. pa-

rralleas per 38.

p. i. & tamen

latera Trian-


guli ABC. mul-

tò sunt maiora, quam latera Trianguli D B E. Hic igitur casus:

isque solus: à Trigonometria excipitur. Alioquin ex quibus-

quis tribus datis quodlibet quartum inuenire licet.

Schema
LIV.



2. Si

2. Si dentur tres anguli cum latere uno: reliqua duo latera nullo negocio reperiuntur per axioma quartū.
 3. Si detur unus angulus, cum duobus lateribus: uel quod idem est: Si dentur duo latera cum uno angulo: is angulus uel est à datis duobus lateribus comprehensus, uel uni eorum oppositus.

¶ Si datus angulus sit à datis duobus lateribus comprehensus: in rectangulis quidem anguli reliqui unica operatione reperiuntur per axioma secundū hoc modo: *Verbi gratia. Ut A C. basis ad C B. perpendicularē: ita A C radius ad C B.*

Schema LV. tangentem anguli C A B. quo noto, notus etiam est A B C. per 52. p. 1.

Et deinde hypotenusa, per axioma tertium uel quartum hoc modo.

Vt A C. rad. ad A B. secantem anguli B A C. ita A C. basis ad A B hypotenusam. per 3.

Vel.

Vt B A C. ad B C. ita A C B. ad A B. per 4.

In obliquangulis autem, primum reliqui duo anguli inueniuntur per axioma quintum: deinde reliquum latus per axioma sextum.



¶ Si datus angulus sit. uni datorum laterum oppositus, reliqua duo quæsita facilimè reperiuntur per axioma quartum.

Verbi gratia. In Triangulo A B C, siue

Schema id sit rectangulum siue obliquangulum, dico:

1. Vt A B ad A C B. ita A C. ad A B C. A


Notis autē A C B & A B C, notus etiā est



BAC per 49. p. i. Ergo porrò

II. Ut A C B ad A B. ita B A C ad B C.

¶ Quod si etiam perpendicularum scire cupis, in hoc utroque genere obliquangulorum, ubi nempe dantur uel tres anguli cum latere uno, uel angulus unus cum lateribus duobus, id reperies per axioma quartum hoc modo :



Schema
LXXIX.

Vt A C B ad A B. ita B A C. ad B C.


4. Si dentur sola tria latera : quod fit in obliquangulis tantum : principio segmenta lateris maximi, in quorū segmentorum concursu perpendicularum ab angulo maximo demissum cadit, inquirenda sunt.

Verbi gratia. Segmenta B G & G C.

Deinde ijs inuenitis quia habentur duo Triangula rectangula notorum laterū duorum & anguli unius, anguli reliqui facilimē reperiuntur.

per axioma quartum : ut dictum fuit in casu proximè præcedente.

L BARTHO-



Schema
LII.

74
BARTHOLO-

mæi Pitisci Grunbergensis

TRIGONOMETRIÆ

LIBER QVARTVS.

De dimensione Triangulorum Sphericorum.


Axiomata proportionum in Triangulis Sphæricis existentium præcipua, & ad omnem eorum solutionem abunde sufficientia sunt quatuor.

AXIOMA PRIMVM.

In Triangulis Sphæricis rectangulis pluribus, acutum ad bases eundem habentibus:

Sinus hypotenusarum & perpendiculorum omnes

Schema
LVII.



funt

Fuit inter se proportionales.

D E C L A R A T I O. Sit hemisphaerium propositum KMFAD. & sint in eo: horizon KMF A: polus horizontis D. circuli per polum horizontis D. transentes KDF & RDC. secantes horizontem angulis ad KRF & C. rectis per 57. p. 1. circulus horizonti obliquus MEA. secans uerticalem KDF. angulis ad E. rectis: quippe qui per eius polos M & A transeat: per 57. p. 1. ac uicissim ab eo sectus in duos quadrantes ME & EA per 56. p. 1. In isto hemisphaerio, & in ista circulorum constitutione sint inter alia duo Triangula Sphaericarectangula ABC & AEF, & sint in illis, hypotenuse AE & AB, perpendicularia EF & BC. bases AF & AC. & acutus ad bases AF & AC idem EA fuit BAC. Deniq; sinus hypotenurarum AE & AB sint rectae IE radius & GB. Sinus uero perpendicularium EF & BC. sint rectae EN & BO. omnia per 7. p. 2. Dico iam, Sinus illos hypotenurarum & perpendicularium, nempe sinus IE, GB, EN & BO omnes esse inter se proportionales: adeoq; datis quibuscumq; tribus, elici posse quartum. Clarius: dico esse

Vt IE ad EN. ita GB ad BO. & uicissim

Vt GB ad BO. ita IE ad EN. & contra.

Vt NE ad EI. ita OB ad BG.

Vel transpositis terminis intermedijs per 42. p. 1.

Vt IE ad GB. ita EN ad BO. & uicissim

Vt GB ad IE. ita BO ad EN. & contra.

Vt NE ad OB. ita EI ad BG.

D E M O N S T R A T I O. Si enim sinus GB & BO. connectas rectas GO ut fiat inde Triangulum GBO. manifestum est Triangula GBO & IEN. fore equiangula. Primum enim, quia

rectæ EN & BO. perpendiculariter cadunt in subiectum planum MFC. per thesin, & per 3. c. 7. p. 2. ideo cum omnibus lineis in eo plano ductis constituant angulos rectos: adeoq; anguli ENI & BOG sunt recti. Deinde quia rectæ IE & GB sunt in uicem parallele per 38. p. 1. quippe ad eandem rectam IA normales per 3. c. 7. p. 2. totum autem planum MEA ubiq; eodem angulo ad planum MFA est inclinatum: ideo etiam parallele in eo ductæ IE & GB, ad parallelas IN & GO in plano MEA sibi subiectas eodem angulo sunt inclinatae: atq; adeo anguli EN & BGO sunt aequales. Et per consequens in Triangulis IEN & GBO iam duo sunt anguli duobus aequales. Ergo etiam tertius tertio est aequalis: per 49. p. 1. ac proinde Triangula IEN & GBO sunt equiangula. Quod si sunt equiangula, etiam latera habent circa aequales angulos proportionalia per 46. p. 1. adeoq; sunt: Ut IE ad EN. ita GB ad BO, &c. quod demonstrandum erat.

ILLVSTRATIO per numeros.

Sint ergo datæ hypotenusa AE. 90. gr. & AB. 42. gr. una cum perpendiculari EF. 48. gr. 25. m. Quæratur autem perpendicularum BC.

$$\begin{array}{l} \left\{ \begin{array}{l} AE. 90. gr. \\ AB, 42. gr. \\ datorum \end{array} \right. \quad \left\{ \begin{array}{l} IE. 100000. \\ Sinus \\ \left. \begin{array}{l} GB. 66913. \\ EN. 74799. \end{array} \right. \end{array} \right. \\ EF. 48. gr. 25. m. \quad \left. \begin{array}{l} \text{sunt} \\ Dico igitur: \end{array} \right. \end{array}$$

Ut IE. 100000. ad EN. 74799. ita GB 66913. ad BO. 50050.

Atquis sinu 50050. in tabulis respondet arcus 30. gr. 2. m.

Ergo perpendicularum BC. est 30. gr. 2. m.

Sint uicissim datæ utræque hypotenusa unâ cum suis finibus, ut ante. Sed ex perpendiculari sit iam datū perpendicularum

pendiculū BC. 30. gr. 2. m. unā cū sinu suo BO. 50050.

Quæratur autem perpendiculum EF. Dico :

Vt GB. 66913. ad BO. 50050. ita IE. 100000. ad EN. 74799.

At qui sinui 74799. in tabulis respondet arcus 48. gr. 25. m.

Ergo arcus EF est 48. gr. 25. m.

Sint contra, data utraq; perpendicula E F & BC unā cū hypotenusa maiore AE. Quæratur autem hypotenusa minor AB. Dico.

Vt EN. 74799. ad IE. 100000. ita BO. 50050. ad GB. 66913.

At qui sinui 66913. in tabulis respondet arcus 42. gr.

Ergo hypotenusa AB est 42. gr.


AXIOMA SECUNDVM.

In Triangulis Sphericis Rectangulis pluribus. acutum ad bases eundem habentibus:

Sinus basi & tangentes perpendiculari omnes sunt inter se proportionales.

DECLARATIO.

In priore diagrammate: & in ysdem Triangulis AEF



Schema
LVII.

$\triangle ABC$. in quibus sinus basiū AF & AC. sunt IF & HC. Tangentes uero perpendicularium EF & BC. sunt LF & PC. Dico: sinus illos basium & tangentes perpendicularium nempe sinus IF & HC. & tangentes LF & PC. omnes esse inter se proportionales: adeoq; datis quibuscumq; tribus, elici posse quartum. Clarius: Dico esse

Vt IF ad FL. ita HC ad CP. & uicissim

Vt HC ad CP. ita IF ad FL. & contra.

Vt FL ad FI. ita PC ad CH.

Vel transpositis terminis intermedij, per 42. p. 1.

Vt IF ad HC. ita FL ad CP. & uicissim.

Vt HC ad IF. ita CP ad FL. & contra.

Vt LF ad PC. ita FI ad CH.

DEMONSTRATIO. Ductis enim rectis IL & HP. completiq; Triangulis ILF & HPC. Triangula illa ILF & HPC. erunt equiangula: Ergo & lateribus proportionalia. per 46. p. 1. Triangula autem ILF & HPC erunt equiangula propter rectos ad F & C. & aquales ad I & H. ac proinde etiam ad L & P. per 49. p. 1. Anguli porro ad F & C. nempe anguli IFL & HCP. sunt recti: quia tangentes arcuum perpendicularium EF & BC. nempe recte LF & PC. sunt in totum planum circuli MF A perpendiculares. per thesin & per 8. p. 2. Ergo etiam in lineas IF & HC. in illo plano ductas. Anguli deniq; ad I & H nempe anguli LIF & PHC. sunt aquales: quia recte IL & HP. per idem planum ductae, sunt & inter se & ad planum circuli inclinationis KDF parallelae. AE qualibus igitur angulis sunt ad subiectas parallelas IF & HC. inclinatae. Quæ due, IF & HC. propterea parallelae sunt: quia utræq; sunt ad rectam IA normales. per 3. c. 7. p. 2. Rectæ autem IL & HP. sunt

Sunt parallelæ: quia sunt extremitates duorum Triangulorum ILF & HPC. quæ totis suis planis sunt inuicè parallela: quippe super bases IF & HC parallelas perpendiculariter (propter tangentes CD & FL. perpendicularares.) erēcta. Rectæ de-niq; IL & HP sunt per idem planum semicirculi MB Adiu-eta: quia secans quidem IL, cum secet circulum ME A ad pun-ctum E. non nisi per planum illius circuli incedere potest. Similiterq; secans IP, cum secet eundem circulum ME A ad punctum B. non nisi per planum eiusdem illius circuli incedere potest. Quod planum quia planum est, ideo si extenderetur se-cundum lineam rectam IP. in tangentem PC ad punctum P. incumberet: adeo q; punctum P esset in plano circuli ME A sa-tis extenso, constitutum. At qui in eodem plano etiam punctus H est constitutum. Ergo recta PH est linea inter duo puncta eiusdem plani interiecta: ac proinde per idem planum ducta. Quæ omnia demonstranda erunt.

ILLVSTRATI O per numeros. Sint ergo datæ ba-ses AF. 90. gr. AC. 30. gr. 52. m. unà cum perpendiculari EF. 48. 25. Quæratur autem perpendicularum BC.

$$\begin{array}{l} \left\{ \begin{array}{l} AF. 90. gr. 0' \\ AC. 30. gr. 52' \end{array} \right. \quad \left\{ \begin{array}{l} \text{Sinus} \\ \text{sunt} \end{array} \right. \quad \left\{ \begin{array}{l} 100000. IF. \\ 51304. HC. \end{array} \right. \\ \text{Basium} \end{array}$$

Perpendiculi EF. 48. 25. Tangens est 112699. LF.

Dico igitur:

$$\begin{aligned} &\text{Ut } IF. 100000. \text{ ad } LF. 112699. \text{ ita } HC. 51304. \text{ ad } PC. \\ &\quad \text{tang. } 57819. \end{aligned}$$

Atqui Tangenti 57819. in tabulis respondet arcus 30. gr. 2. m. Ergo perpendicularum BC est 30. gr. 2. m.

Sint uicissim datæ utræq; bases, unà cum suis sinibus, ut ante

ut ante. Sed ex perpendicularis sit iam datum perpendicularum BC. 30. gr. 2'. unà cum tangente sua CP. 57819. Quæratur autem perpendicularum EF. Dico

*Vt HC. 51304. ad CP. 57819. ita IF. 100000. ad FL.
tang. 112699.*

Atqui tangenti 112699. in tabulis respondet arcus 48. gr. 25. m. Ergo perpendicularum EF. est 48. gr. 25. m.

Sint contrà data utraq; perpendiculara EF & BC. & eorum tangentes LF & PC. unà cum basi maiore AF & eius sinu IF. Quæratur autem basis minor AC siue potius eius sinus HC. Dico :

Vt LF tang. 112699. ad FI. rad. 100000. ita PC. tang. 57819. ad HC. 51304. sinum arcus 30°. 52'. Igitur arcus siue basis AC. est 30. gr. 52. m.

APPENDIX. Ex his duobus axiomatibus, & eorum declarationibus ac demonstrationibus intelliget ingeniosus lector: cur à sinibus basum ad sinus perpendicularorum, & contra, argumentari non liceat: cum tamen à sinibus hypotenufarum ad sinus perpendicularium, & contra, argumentari licet: quia nimis sinus basum & perpendicularium in eadem Triangula rectilinea non concurrunt. Quod etiam doctissimos aliqui mathematicos interdum non animaduertisse uideas.

AXIOMA TERTIVM.

In Triangulis Sphæricis uniuersis:

Sinus laterum, sinibus oppositorum angulorum sunt directè proportionales.

*DECLARATIO. Primum esto Triangulum sphæricum
AB C. rectan-*

A B C. rectangulum
ad c. Deinde conti-
nuatis lateribus A B
$$5. 55' \text{ --- } 10308.$$

86470

43235. Sinus

arcus 25. gr. 38. m. cuius compl. est arcus FH. 64. gr. 22. m. cui respondent millaria germanica 965 $\frac{1}{2}$.

EXEMPLVM TERTIVM, congruens ad formam Trianguli FBI. obtusanguli ad I.

Heidelbergæ longitudo est 30. gr. 45. m. lat. 49. 35.

Carticardamnæ, in India, ubi S. Thomas Apostolus sepultus esse dicitur, longitudo est 136. gr. 50. m. latitudo 12. gr. 40. m.

Differentia longitudinis est 106. gr. 5. m. tanquam angulus FBI. obtusus.

Distantia quæsita est EI.

Complementum latitudinis minoris A F. 12°. 40. m.
est FB. 77°. 20'.

Complementum latitudinis maioris IL. 49. gr. 35. m.
est IB. 40. gr. 25. m.

Calculus igitur talis erit.

$$\text{IB. } 40. 25' \text{ --- } 40. 25'$$

$$\text{FB. } 77. 20' \text{ --- } 12. 40'$$

$$118. 45' \text{ --- } 62. 5' \text{ --- } 89167$$

$$27. 45' \text{ --- } 46561$$

$$135728.$$

$$67864.$$

FBI. 136.

FBI. 136. 50. | 100000

46. 50. — 72937

172937. Sinus uersus:67864. Medietas rectæ.

691748

1037622

1383496

121059

1037622

117361 | 96568

89167

28194. Sinus arcus 16. gr. 22. m. qui additus ad quadrantem 90. gr. constituit arcum quæsitum FI. 106. gr. 22. m. Cui arcui respondent milliaria germanica 1595 $\frac{1}{2}$.

R E G V L A S E C V N D A. Si alter locus situs sit uersus polum septentrionalem: alter, uersus polum meridionalem: ut G & K. Item H & K, Item I & K. semper datur Triangulum eiusmodi, cuius alterum latus circa angulum datum sit quadrantemaius: ut BK. Ergo pro illo latere BK. sumendum est eiuscomplementum ad semicirculum BF. hoc est, pro Triangulo GBK. soluendum est Triangulum GBF. pro Triangulo H BK. soluendum est Triangulum HBF. Pro Triangulo IBK. soluendum est Triangulum IBF. Omnia per axioma EXEMPLVM VNICVM. (quartum.

Heidelbergæ longitudo est 30. gr. 45. m. latitudo Septentrionalis 49. gr. 35. m.

Iauæ maioris, si species punctum eius mediū, longitudo est 141. gr. 40. m. latitudo 10. gr. Diffe-

246 PROBLEMATVM GEOGRAPHICORVM

Differentia longitudinis est 110. gr. 55. m. tanquam angulus G B K. obtusus: cuius compl. est 60. gr. 5. m. angulus F B G. acutus. Distantia quæsitæ G K.

Complementum latitudinis Septentrionalis L G. 49. gr. 35. m. est B G. 40. gr. 25. m.

Complementum latitudinis meridionalis K C. 10. gr. est K D. cui respondet B F. 80. gr. Nam ut K D est complementum arcus K B. in semicirculo DKB. ita B F est complementum arcus K B in semicirculo K B F.

Igitur in Triangulo F B G. calculus talis erit.

$$B G. \quad 40. \quad 25. \quad --- \quad 40. \quad 25.$$

$$B F. \quad 80. \quad 0. \quad --- \quad 10. \quad 0.$$

$$\begin{array}{r} 120 \\ 30 \end{array} \quad \begin{array}{r} 25 \\ 25 \end{array} \quad \begin{array}{r} 50 \\ 50 \end{array} \quad \begin{array}{r} 25 \\ 25 \end{array} \quad --- \quad 77010$$

$$\begin{array}{r} 30 \\ 30 \end{array} \quad \begin{array}{r} 25 \\ 25 \end{array} \quad \begin{array}{r} 50 \\ 50 \end{array} \quad \begin{array}{r} 25 \\ 25 \end{array} \quad --- \quad 50628$$

$$F B G. 69.5 \quad | \quad 100000 \quad | \quad 127638$$

$$20.55 \quad | \quad 35701. \quad | \quad 63819$$

$$Sinus uersus \quad 64299. \quad | \quad 64299$$

$$574371$$

$$574371$$

$$127638$$

$$155276$$

$$382914$$

$$41034 \quad | \quad 97881.$$

$$77010 \quad |$$

$$35976. \quad Sinus arcus 21.$$

gr. 5. m. qui additus ad quadrantem 90. gr. constituit arcum G K. quæsitusum IIII. gr. 5. m. cui arcui respondent milliaria germanica. 1666 $\frac{1}{4}$.

F I N I S.

Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
 Grunbergensis
PROBLEMATVM
 GNOMONICORVM

Liber unus.

P R A E F A T I O .

IN Gnomonicis præstant Solaria : & in his Scioterica communia : in quibus stylus est axis : lineæ uero horaria sunt circulorum horariorum, per uicesimas quartas partes Aequatoris, et utrumq; mundi polum incidentium, sectiones communes cum piano dato. Et ha quidem ab axe facile deducuntur. At axem collocare; hoc opus, hic labor est : præsertim in planis meridiano obliquis : in quibus omnibus tam meridiana plani, quam eleuatio poli supra planum, atq; adeo eleuatis axis supra meridianam plani, & in nonnullis etiam meridiana loci ignoratur. De his igitur, scitu perquam utilibus & iucundis, tria hoc loco problemata proponemus : & in gratiam studiose iuuentutis addemus quartum, de lineis horarijs in quois piano ducendis.

P R O B L E M A P R I M U M .

Dato piano, & ad meridianum graduicalem primarium obliquo, sed ad horizontem recto, hoc est, dato piano simpliciter declinato, meridianam plani & elevationem poli supra planum inuenire.


Kk

Meridianam

Meridianam plani uoco communem sectionem meridiani proprij cum plano dato. Nam unumquodq; planum, ut horizontem, ita meridianum habet proprium, qui est circulus per polos mundi & plani ductus, atq; idcirco tam plano quam Aequatori normalis. In quo circulo numeratur elevatio poli supra planum: quae nihil aliud est, quam arcus meridiani proprij, inter horizontem plani, hoc est, inter circulum maximū, cui planum euidistat, & polum proximum interceptus.

Sit ergo meridianus loci A B C D. Horizon A E C. uerticis calis primarius B E D. punctum orientale E. planum uerticale B K D horizonti rectum ad F. at à uerticali primo declinatum angu-

Schema LXXXIX.



lo E B F. siue arcu E F. cuius complementum est angulus F B C. siue arcus F C. Et sint poli mundi G & I. polus plani H, adeoq; meridianus plani G H I. piano rectus ad K. centrum mundi L. communis sectio meridiani loci cum piano dato atq; adeo meridiana loci B L D. communis sectio meridiani proprij cum piano dato atq; adeo meridiana plani K L M. Quærantur autem

autem 1. eleuatio poli G. supra faciem plani septentrionalis siue supra punctum K. hoc est, arcus GK, cui ex opposito respondet arcus MI. eleuatio poli antarctici I supra faciem plani meridionalem, nempe supra punctum M. 2. distantia meridianæ plani KL M. à meridiana loci BL D. hoc est, angulus BLK uel MLD. angulus, quem metitur arcus BK uel MD.

Factis quadrantibus KN & FN. quia in Triangulo GCN. data sunt duo latera rectum includentia: nempe GC. eleuatio poli, & CN. declinatio plani. (Nam CN & EF æquantur, per strukturam.) Ideo primum soluo Triangulum GCN. per ax. 4. Deinde reperto arcu GK in Triangulo B GK. dico :

Vt CF. tang. ad FB. rad. ita GK. tang. ad KB. sin.
per ax. 2.

Vel.

Vt Radius ad tangentem complementi CF. ita GK.
tang. ad KB. sinum, per compendium 2.

EXEMPLVM. Sit planum meridionale (hoc est, meridiei obuersum) sed declinatum dextrum, (hoc est, uersus orientem) 30. gr. Et sit eleuatio poli 49. gr. 35. m. Quærantur autem & distantia meridianæ plani à meridiana loci, & eleuatio poli supra planum: siue quod idem est, eleuatio axis, supra meridianam plani.

I. Primum soluo Triangulum GCN per axioma quartum, hoc modo :

Kk ij CN. 30.

250 PROBLEMATVM GNOMONICORVM.

$$\begin{array}{r}
 \text{CN. } 30. \quad 0. \text{ ---- } 30. \quad 0. \\
 \text{GC. } 49. \quad 35. \text{ ---- } 40. \quad 25. \\
 \hline
 79. \quad 35. \quad 70. \quad 25. \text{ ---- } 94215 \\
 10. \quad 25. \text{ ----- } 18080 \\
 \hline
 \end{array}$$

112295.

56147. Sinus

arcus GK. 34 gr. $9\frac{1}{2}$.m. quæ est eleuatio poli arctici supra faciem plani septentrionalem, cui ex opposito æquatur arcus MI. eleuatio poli antarctici supra faciem plani meridionalem.

H. Deinde in Triangulo BKG. dico: per ax. 2.


$$\begin{array}{r}
 \text{Vt CF. tāg. } 60. \text{ gr. ad FB. rad. ita GK. tāg. } 34. \text{ gr. } 9\frac{1}{2}. \text{ m.} \\
 \hline
 100000 \qquad \qquad \qquad 57735 \qquad \qquad \qquad 67850.
 \end{array}$$

ad 39173. sinum arcus BK. uel DM. distantia meridianæ plani à meridianâ loci, 23. gr. 4. m.

Ergo in tali plano, si
horizon loci sit AC.
meridiana loci LD.
descripto horizonte
planî ABCD. (in
praxi sufficit qua-
drans AD.) & nu-
meratis à D in M. 23.
gradibus, 4. minutis,
& ab M. in I. 34. gr.
 $9\frac{1}{2}$. m. meridianâ
planî (quam uulgo
uocant substylarem) erit LM. Eleuatio poli antarctici MI

(quasi iam arcus MI esset meridianus proprius supra punctu
M. per-

Schema
XC.




M. perpendiculariter erectus.) adeoq; axis L I. extollendus supra meridianam plani L M. angulo M L I.

PROBLEMA SECUNDVM.

Dato plano & ad meridianum & ad horizontem obliquo; sed ad uerticalem primarium recto: hoc est, dato plano simpliciter inclinato: (qualia plana sunt, quae ab ortu uersus occasum, aut contra, ab occasu uersus ortum inclinantur) meridianam plani, & eleuationem polisuproplanum inuenire.

Sit meridianus loci ABCD. Horizon A E C. uerticalis primarius B ED. punctum occidentale, sed ab oriente spectatum E. planum orienti obuersum, AFC. sed à pūcto uerticali B. uersus punctum occidentale E. inclinatum arcu BF. angulis ad F. rectis. Et sint poli mundi G & I. polus plani H. adeoque meridianus plani GHI. & per cōsequens, eleuatio poli arctici supra planum arcus KG. & distantia meridianæ plani LK. à meridiana Kk iij. loci



Schema
XCI.

loci L C. arcus K C. Qui duo arcus quærantur.
 Continuatis lateribus F B & K G. & factis quadrantis
 bus F N & K N. quia in Triangulo B N G. nota sunt duo
 latera in cludentia rectum ad B. nempe B N. comple-
 mentum inclinationis & B G. complementum eleua-
 tionis poli. Primum soluo Triangulum B N G. per ax.
 4. Deinde, reperto per ax. 4. arcu G K. Dico per ax. 2.
 Vt B F. tang. ad F C. rad. ita G K. tang. ad K C. sinum.

Vel per compendium. 2.

Vt rad. ad tang. complementi B F. ita G K. tang. ad
 K C.

EXEMPLVM. Sit planum orientale inclinatum 30.
 gr. adeoque arcus B F. sit 30. gr. B N. 60. gr. Eleuatio
 poli G C. 49. gr. 35. m. complementum eleuationis
 poli G B. 40. gr. 25. m. Quærantur autem arcus G K. &
 K C. siue anguli G L K & K L C. hoc est, ut uulgo lo-
 quuntur: quærantur distantia styli G L. à substylari
 K L. & huius à meridiana loci C L.

Primum soluo Triangulum B N G. per ax.

4. hoc modo.

B G. 40.	25.	-----	49.	35.	
B N. 60.	0.	-----	30.	0.	
100.	25.	-----	79.	35.	98352
10.	25.	-----			18080.
					80272.
					40136.

sinus arcus G K. distantia styli à substylari, 23. gr.

40. m.

Deinde

Deinde in Triangulo GKC. dico : per ax. 2. uel
per compend. 2.


Vt BF. tang. 30. gr. ad FC. ita GK. tang. 23°. 40'.

per ax. 2. 57735. 100000 43827.

per cōp. 2. 100000 173205.

ad 75910. sinum arcus KC. distantiæ substylaris si-
ue meridianæ plani à meridianaloci 49. gr. 23. m.

*In tali igitur piano si
horizontalis, eademq;
meridiana loci sit AC.
verticalis BD. numer-
ratis in quadrante
horizontis plani BC.
gradibus 49°. 23'. à
C in K. meridiana
plani siue substylaris
erit LK. & inde à K
in G. numeratis 23.
gr. 40. m. elevatio
poli borealis supra
planum erit GK. adeoq; axis erit LG. extollendus supra me-
ridianum plani angulo KLG.*




Schemæ
XCII.

PROBLEMA TERTIVM.

Dato piano & ad meridianum, & ad horizontem, & ad
verticalē primarium obliquo, hoc est, dato piano incli-
nato declinato, meridianum tam loci quam plani, &
elevationem poli supra planum inuenire.

Sit me-

Schema XCIII. Sit meridianus loci ABCD. Horizon AEC. uerticalis primarius BED. punctum Orientale E. uerticalis declinatus BKD. & sub eo planum inclinatum NKL. angulis ad K. reūtis. Poli mundi G & L. polus plani H. Meridianus plani GHI. angulus declinationis EBF. arcus inclinationis BK.



Ante omnia autem quæratur arcus KN. distantia meridiana loci NL. à uerticali plani KL. per ax. 2. Deinde arcus BN. per axioma 3. uel 4. posthæc angulus BNK. per ax. 3. hoc est, ut uno uerbo dicam, soluatur Triangulum BKN. Quo soluto, arcus BN uel repertus est æqualis complemento eleuationis poli BG. uel minor, uel maior.

CASVS PRIMVS.

Si arcus BN. repertus fuerit æqualis complemento eleuationis poli BG. indicio est, planum sub meridiano obliquè usq; ad polum inclinatum esse. In quo casu meridiana loci, & plani, itemq; axis, in eandem lineam GL concurrunt: si planum in ipso circulo maximo KN. consistere fingatur. At si planum non in ipso circulo maximo KN. sed in aliquo ipsius parallelō consistere

consistere fingatur, & axis à plano nonnihil abducatur, (ut necessariò fit, si sciotericum absoluere libeat) meridianæ loci & plani sunt duæ lineæ inter se parallelæ: & sciungantur mutuo secundum differentiam longitudinis loci & plani: quæ differentia est penes angulum HGC. qui est complementum anguli BNK. nuper inuenti: quia angulus KGH est rectus per 57. p. i. quippe cum meridianus plani per polos plani incedat. Tres autem ad G. uel N. concurrentes sunt æquales duobus rectis per 20. p. i.

EXEMPLVM. Sit planum meridionale declinatum dextrum 29. gr. 59. m. inclinatum uersus polum arcticum 23. gr. 3. m. Eleuatio poli 49. gr. 35. m. Quærantur autem in eo meridiana loci & plani, atque eleuatio poli siue axis supra planum. Calculus talis erit:

I. Vt B F. rad. ad FC. 60. gr. 1. m. ita BK. 23. 3.

100000. Tang. 173360. 39152.

ad 67874. tangentem arcus KN. distantiæ meridianæ loci à uerticali plani 34. gr. 10. m. per ax. 2.

II. BK. 23. 3. ----- 23. 3.

KN. 34. 10. ----- 55. 50.

57. 13.	78. 53.	-----	98123.
---------	---------	-------	--------

32. 47.	-----	-----	54146.
---------	-------	-------	--------

152269.

76134.


Sinus arcus NC. 49. gr. 35. m. cuius compl. est arcus BN. 40. gr. 25. m. per ax. 4.

III.	Vt BN. 40. gr. 52. m. ad BKN. 90. gr. ita BK. 23°. 30'	
per ax. 3.	64834.	100000.
per cōp. i.	100000.	39122.

ad 60388. sinum anguli BNK. 37. gr. 9. m. cuius compl. est angulus HNC. siue HGC. 52. gr. 51. m. differentia longitudinis plani à longitudine loci, siue distantia meridianorum loci & plani, per ax. 3. & compendium i.

Sit ergo horizon loci L C. uerticalis plani KL. Horizon plani, circulus KNC. In quo numerentur à Kuersus C. 34. gr. 10. m. & per terminum numerationis N. traiectiatur recta LNF. que esset meridiana & plani & loci, si centrum Scioterici L uel F. pro centro mundi & recta LNF pro axe haberetur. At, quia in perfectione Scioterici axis IG. cum centro mundi E. non in recta LNF relinquitur, sed supra eam fulcris prohibita, sed tamen aequaltis EI & OG. extollitur: atque adeo planū ab axe mundi non nihil abducitur: ideo linea LNF.

Schema jam non si-
XCIV. mul est me-
ridiana loci,
sed tantū me-
ridiana pla-
ni: siue, ut
uulgo loquū-
tur, substy-




laris.

laris. Meridianam autem loci sic inuenies. Ad normam meridianæ plani, ductâ communis sectione Aequatoris cum plano (uulgo lineam contingentia uocant.) FH centrum mundi EF ab axe IG reponatur in meridianam plani LN F. Deinde centro E. consistente in linea L N E. describatur circulus Aequatoris FK. & in eo uersus orientem (quia horizon plani est horizonte loci orientalior, adeoq; citius à sole irradiiatur meridiana plani quam loci) numeretur differentia longitudinis loci & plani s.z. gr. 51. m. & per terminum numerationis K. ducatur recta, tanquam radius quispiam Aequatoris EKH. quæ ubi attigerit communem sectionem Aequatoris cum plano, nempe rectam FH. per id punctum agatur normaliter meridiana loci CH.

CASVS SECUNDVS.

Si uero arcus BN repertus fuerit minor complemento elevationis poli, indicio est, planum circa polum articum consistere, adeoque supra tale planum non polum articum G. sed polum antarcticum I. extolli debere, angulo tanto, quantus est ILM. cuius mensura est arcus IM. cui ex opposito æquatur arcus GO. Quem unâ cū arcu NO. porro sic inuenies.



Schema
XCV.

IV. Vt NOG. rectus ad NG. differentiam inter BN.
& BG. ita ONG. angulus antea repertus, ad OG.
per ax. 3.

V. Vt tangens ONG. ad rad. ita tangens OG. ad sinū
ON. per ax. 2.

EXEMPLVM. Sit planum meridionale declinatum
dextrum 34. gr. 30. m. inclinatum uersus polum arcticum
16. gr. 10 m. Et eleuatio poli rursum sit 49. gr. 35.
m. Quarantur autem meridiana loci & plani, una cū
eleuatione poli supra planum. Calculus talis erit:

I. Vt BN. rad. ad FC. cōpl. decl. 55°. 30'. ita BK. incl. 16°. 10'
100000 Tang. 145501 Sin. 27843.

ad 40511. tangentem KN. 22. gr. 3 $\frac{1}{3}$. m. distantiam
meridianæ loci à uerticali plani per ax. 2.

II. BK. 16. 10	—	16. 10.	
KN. 22. 3 $\frac{1}{3}$	—	67. 56 $\frac{2}{3}$.	
38. 13 $\frac{1}{3}$.	—	84. 6 $\frac{2}{3}$.	99472
51. 46 $\frac{2}{3}$.	—		78561
			178033
			89016. Sinus

arcus NC. 62. gr. 53 $\frac{3}{4}$. cuius compl. est BN. 27. gr. 6 $\frac{1}{3}$.
m. quo subtrahito de BG. complemento eleuatio-
nis poli 40. gr. 25. m. relinquitur arcus NG. 13. gr.
18 $\frac{2}{3}$. m. per ax. 4.

III. Vt BN. 27°. 6 $\frac{1}{3}$. ad BK. rad. ita BK. 16°. 10'
45563 100000 27843.
100000 219476

ad 61108. sinum anguli BNK uel ONG. 37. gr. 40.
m. per ax. 3. & per comp. I.

3 V. VI.

IV. Vt

$$\text{IV. } Vt \text{ NOG. rectius. ad NG. 13. gr. } 18\frac{2}{3}. \text{ m. ita GNO. } 37^\circ 40'.$$

100000	23024	61108.
--------	-------	--------

ad 14069. sinum arcus OG. distantia axis GL. à meridiana plani OL. 8. gr. $5\frac{1}{3}$. m. per ax. 3.

$$\text{V. } Vt \text{ tangens GNO. } 37^\circ 40'. \text{ ad rad. ita tang. GO. } 8^\circ 5\frac{1}{3}.$$

77196	100000	14212.
200000	129540	ad 18410. si-

num arcus NO. distantia meridianæ plani OL à meridi-
diana loci NL. 30 gr. $36\frac{1}{2}$. m. per ax. 2. & per comp. 2.

*Calculo absoluto du-
cantur i. horizon loci*

AC. 2. uerticalis plani


B Q. 3. Horizon plani

ABC Q. 4. In cuius

*quadrante A Q. (ne-
pe juxta polum antar-
cticum, qui solus su-
pra tale planum ex-
stet) primum nume-
retur distantia meri-
dianæ loci à uerticali
planii 22. gr. 3. m. &
per terminum numerationis P. ducatur meridiana plani LP.*

*Deinde à punto P numeretur distantia meridianæ plani à
meridiana loci, 10. gr. $36\frac{1}{2}$. m. & per terminum numeratio-
nis M. ducatur meridiana plani LM. Deniq. à punto M. in
quamcumq. partem numeretur elevatio poli propria sine di-
stantia axis à meridianæ plani 8. gr. $5\frac{1}{3}$. m. & per terminum*

LL. iii. numera-



Schema
XCVI.


260 PROBLEMATVM GNOMONICORVM

numerationis M. ducatur meridiana plani L M. Deniq; à puncto M. in quācung^s partem numeretur eleuatio poli propria sine distantia axis à meridiana plani 8. gr. 5 $\frac{1}{2}$. m. & per terminum numerationis 1. agatur axis L I. extollendus supra meridianam plani L M. angulo M L I.

CASVS TERTIVS.

Si deniq; arcus BN. repertus fuerit maior complemento eleuationis poli B G. indicio est, planum ultra polum arcticum inclinatum esse: adeoq; polum arcticū supra tale planum extolli debere, angulo tāto, quantus est angulus G L O. quem metitur arcus G O. quem arcum unā cum arcu O N porrò ita reperies, utin casu præcedente.

Schema
XCVII.



EXEMPLVM. Sit planum meridionale declinatum dextrum 35. gr. 54. m. inclinatum uersus polum arcticum 75. gr. 43. m. Et sit rursus eleuatio poli 49. gr. 35. m. Quærantnr autem meridiana loci & plani, unā cū eleuatione poli supra planum. Calculus talis erit,

I. Vt B F. rad. ad F C. 54°. 6'. ita B K. 75°. 43'.

100000. tang. 138144. Sinus 96909.

ad 133874. tangentem arcus K N. distantia meridianæ loci à uerticali plani 53. gr. 14 $\frac{1}{2}$. m. per ax. 2.

II. K N.

II.	<u>KN.</u>	$53^{\circ} 14\frac{1}{2}'$	—	$53^{\circ} 14\frac{1}{2}'$	
	<u>BK.</u>	$75^{\circ} 43'$	—	$14^{\circ} 17'$	
		$128.$	$57\frac{1}{2}'$	$67.$	$31\frac{1}{2}'$
		$38.$	$57\frac{1}{2}'$		
					<u>92404.</u>
					<u>62875.</u>
					<u>29529.</u>
					<u>14764.</u>

Sinus arcus NC. 8. gr. $29\frac{1}{2}'$. m. cuius complementū est BN. 81. gr. $30\frac{1}{2}'$. m. Vnde si subtrahas BG. 40. gr. 25. m. restabit arcus GN. 41. gr. $5\frac{1}{2}'$. m. per ax. 4.

III.	<u>Vt BN.</u>	$81.$	<u>gr.</u>	$30\frac{1}{2}'$	<u>ad BKN.</u>	90°	<u>ita BK.</u>	$75^{\circ} 43'$
		<u>98903.</u>			<u>100000.</u>		<u>96909.</u>	
		<u>100000.</u>			<u>101108.</u>			

ad 97982. sinum anguli BNK. siue ONG. 78. gr. 16. m. per ax. 3. & per comp. r.

IV.	<u>Vt NOG. rectus ad NG.</u>	$41.$	<u>gr.</u>	$5\frac{1}{2}'$	<u>m. ita ONG.</u>	$78^{\circ} 16'$
		<u>100000.</u>		<u>65726.</u>		<u>97982.</u>


ad 64399. sinum arcus OG. distantiam axis à meridiana plani 40. gr. $5\frac{1}{3}'$. m. per ax. 3.

V.	<u>Vt tang. GNO.</u>	$78.$	<u>gr.</u>	$16'$	<u>ad rad. ita tang. GO.</u>	$40^{\circ} 5\frac{1}{2}'$
		<u>481470.</u>			<u>100000.</u>	<u>84182.</u>
		<u>100000.</u>			<u>20769.</u>	

ad 17483. sinum arcus ON. distantia meridiā plani à meridiana loci 10. gr. 4. m. per ax. & comp. 2.

Calculo absoluto : sit horizon loci AC. uerticalis plani KD. horizon plani AKCD. In quo primum numeretur à puncto uerticali

uerticali K. uersus C. distantia meridiana loci à uerticali plani
 $53^{\circ} 14' \frac{1}{2}'$. & per terminum numerationis
 N. ducatur meridiana
 loci L N. Deinde à
 meridiana loci nēpe à
 Schema puncto N. retro nu-
 meretur distantia me-
 ridiana plani 10. gr.
 $4. m.$ & per terminum numerationis O
 ducatur meridiana
 plani L O. A qua de-
 inceps numeretur ele-
 uatio poli propria siue distantia axis, à meridiana plani 40.
 $gr. 5\frac{1}{2}. m.$ & per terminum numerationis G. ducatur axis LG.
 extollendus supra meridianam plani L O. angulo G L O.



PROBLEMA QVARTVM.

Lineas horarias in quouis plano ducere.

Axis est plano aduersus uel parallelus.

Si axis sit plano aduersus; lineæ horariæ omnes ad radicem axis siue ad centrum Scioterici concurrunt. Cum enim plana circulorum horariorum omnia ad axem concurrant: etiam sectiones illorum planorum, à plano Scioterici factas, ad axem concurrere necesse est.

Axis autem plano aduersus, est eidem rectus uel obliquus.

Si axis sit piano rectius, ut est in piano ad Aequatorē parallelo,

lineæ


lineæ horariæ omnes æqualibus inuicem angulis ad radicem axis concurrunt.

Descriptio igitur in tali plano circulo æquatoris, & eodem in 24. partes diuisio, ac diuisi- onibus ad cētrum Sciote- rici ductis, li- neæ horariæ ductæ erunt: ut factum ui- des in adiun- ða figura.


Si axis sit plano obliquus: ut est in quouis plano ad Aequato- rem obliquo: lineæ horariæ pleræq; inæqualibus ad axem an- gulis concurrunt. Reperiuntur autem facilime hoc modo:

A puncto quolibet axis tanquam à centro mundi uerbi gratia, in meridionali declinato dextro 30. gr. à pū- ðo axis E. ducatur recta normalis tanquam radius quispiam Aequatoris E F. quæ recta ubi in meridianā plani inciderit (siue ea sit eadem cum meridiana loci siue non) ibi per meridianam plani traiiciatur alia re- cta normalis F Q. quæ erit communis sectio æquato- ris cum plano. Deinde radius Aequatoris F E. repona- tur in meridianam plani, ut sit FG. Atq; ex G. tanquā

M m ex cen-




Schema
XCIX.

Schema
C.

ex centro mundi discribatur circulus Äquatoris quæ-
tuslibet FK. Ac rursus ducatur alias radius Äquato-
ris è centro G ad intersectionem lineaë äquatoris cum
meridiana loci siue cum linea horæ duodecimæ. Qui
radius ubi secuerit circulum Äquatoris (hic autem se-
cat in punto K.) inde initio facto semicirculus Äqua-
toris, communis sectioni Äquatoris & plani opposi-
tus diuidatur in partes äquales 12. ac per singulas diui-
siones è centro G ducantur rectæ deletiles, quales
sunt GP, GQ, &c. quæ ubi communem sectionem Ä-
quatoris & plani attigerint, ibi lineaë horariæ diuisio-
nibus

nibus illis respondentes necessariò transibunt. Et sic singularum horiarum ducendarum duo puncta habebuntur, unum in centro Scioterici L. ubi omnes concurrunt: alterum in comuni sectione Aequatoris & plani, siue in linea F Q: per quam omnes transeunt. Per quæ duo puncta si ducantur rectæ L Q, L P, &c. lineæ horariæ duæ erunt.

C Si axis sit plano parallelus, ut est in plano quoquis ad Aequatorem recto: (qualia plana nobis sunt è verticalibus orientalia & occidentalia, & ex inclinatis ea quæ usq; ad polum inclinantur: lineæ horariæ nusquam in plano concurrunt: quia totus earum concursum est ad axem: qui tale planum nusquam attingit) sed sunt in unicem parallela: quia omnes sunt ad axe



Schema
CI.


Mm ij parallelæ:

parallela: propter axem plano parallelum.

Reperiuntur autem eodem ferè modo, quo illæ quæ ad axem concurrunt: nempe linea Aequatoris per circulum Aequatoris in suas horas diuisa. Tantum hoc interest, quod ibi per duo puncta obliquè: hic per unicum punctum rectè ducuntur.

EXEMPLVM primum est uerticale orientale, in quo diuisio circuli Aequatoris incipit ab horaria sexta: quæ eadem in tali plano ut etiam in plano occidentali est meridiana plani. Nam meridiana loci in huiusmodi plana non incidit: quippe cum huiusmodi plana à meridiano loci non secentur, sed sint ipsi parallela.

Schema
CII.



Exemplum

EXEMPLVM alterum esto meridionale declinatum dextrum 29. gr. 59. m. sub uerticali suo rectè inclinatum 23. gr. 3. m. at sub meridiano obliquè inclinatum 40. gr. 25. m. hoc est, usque ad polum. In quo diuisio circuli Æquatoris prorsus ut in obliquistylaribus incipit à puncto K. Cætera fiunt ut in planis Orientalibus & occidentalibus.

F I N I S.

Mm iij Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
Grunbergensis

PROBLEMATVM
ASTRONOMICORVM


LIBRI SEX.

P R A E F A T I O .

Astronomiæ partes (meo quidem iudicio) sunt due: una de motu stellarum omnium communi. altera de motu tam fixarum, quam erraticarum proprio. Motus stellarum omnium communis rursum est duplex: unus revolutionis, alter trepidationis. Motus revolutionis stellarum omnium communis, est motus circularis perfectus & aequalis, circa axem mundi & super polis mundi, non in nona uel decima aliqua Sphera, sed in solo Dei iussu fixis: ab ortu in occasum tendens, & periodo sua definiens tempus, quod Græci νυκτιμερον q. d. noctidiurnum, latini diem ciuilem uocant. Motus trepidationis stellarum omnium communis est motus circularis imperfectus & inæqualis, circa axem coluri Solstitionum: quo totæ cælorum machina, tanquam axi zodiaci affixa, modo ad axem mundi accedit proprius, modo ab eo recedit longius, & ita obliquitatem Zodiaci & Aequatoris, modo maiorem facit, modo minorem: hinc inde à medio digrediens per scrupula prima duodecim, & ad idem extrenum rediens annis Aegyptijs 3434.

Motus

Motus longitudinis tam fixarum, quam erraticarum proprius omnis, est motus circularis perfectus, & quoad apparentiam inaequalis: ab occasu in ortum: fixarum & solis, circa axem Zodiaci: reliquarum erraticarum circa proprios quosdam axes & inter se & ab axe zodiaci diuersos: unde ipsis praeter motum longitudinis, etiam motus latitudinis inesse dicitur. De motu igitur revolutionis stellarum omnium communi, erit problematum nostrorum liber primus. De motu trepidationis itidem stellarum omnium communi, liber secundus. De motu fixarum proprio, liber tertius. De motu solis proprio, liber quartus. De motu lunæ proprio liber quintus. De calculo Eclipsum Solis & Lunæ liber sextus & postremus.



Bartholomæi

Bartholomæi Pitisci
Grunbergensis
PROBLEMATVM
ASTRONOMICORVM
LIBER PRIMVS.

De motu reuolutionis stellarum omnium
communi,


Sive

De motu cæli diurno.

PROBLEMA PRIMVM.

*Altitudinem Solis supra horizontem quovis momento
deprehendere. Ptol. lib. 2. c. 5. Cop. lib. 2. c. 6.*

Altitudo Solis supra horizontem rectissimè capitur
per Quadrantem. At colligi tamè etiam potest ex um-
bris, siue rectis: siue
uersis: hoc modo.
Sit planum hori-
zontale CED. & in
eo gnomon perpē-
diculariter eretus A
EF, extremitate sua
F centrum mundi
referens, & in par-
tes æquales quot-
libet, uerbi gratia,



*Schemma
CIII.*

in partes

in partes æquales 100. diuisus. Et sit obseruata umbra
et Solis E G. sparsa à summitate corporis Solaris I.
(Nam umbra EH. sparsa à centro Solis L. tota cerni ne-
quit: propterea quod pars illius umbræ GH. à supre-
mo gibbo Solis I. perpetuò illuminatur) Sit inquam
obseruata umbra recta supremi gibbi solaris EG. 75.
partium. Quæratur autem angulus EGF. æqualis an-
gulo altitudinis AFI. Dico:

Vt EG. umbra recta ad EF. gnomonē ita EG radius.

95.


100.

100000

ad EF. 105263. tangentem anguli EGF. siue AFI.
cuius mensura est arcus AL. 46. gr. 28. m. unde sub-
tractus semidiameter Solis LI. 15. m. relinquit alti-
tudinem centri Solis AL. 46. gr. 13. m.

Vel.

Sit planum uerticale CED. & in eo
gnomon normaliter fixus FF. extre-
mitate sua attin-
gens centrum mun-
di F. & in partes
æquales 100. diui-
sus. Et sit obseruata
umbra uersa Solis
EG. 103 $\frac{1}{2}$. partium,
ostendens altitudi-
nem imi gibbi Solis I. (Nam umbra centri EH. rursus
tota cerni nequit: quia pars HG. ab imo gibbo Solis

Schema
CIV.

¶ illuminatur) Quæratur autem angulus altitudinis EFG. siue IFA. Dico:

Vt FE. gnomon ad EG. umbram uersam: ita FE. rad.

100

103 $\frac{432}{1000}$.

100000.

ad EG. 103432. tangentem anguli EFG. uel IFA. hoc est, arcus IA. 45. gr. 58. m. cui si addas semidiametrum Solis IL. 15. m. efficitur altitudo centri Solis 46. gr. 13. m.

PROBLEMA SECUNDUM.

Ex altitudine Solis, in meridie utriusque solstitij capta, distantiam tropicorum, & maximam declinationem Solis, ac simul elevationem poli colligere. Ptol. lib. 1. c. 2. & lib. 2. c. 5. Copern. lib. 2. c. 2.


Altitudinem minorem, uerbi gratia BL. subducá maiore BM. quod restat IM. est di-

*Schema**CV.* distantia tropicū: B

IK & MP. cuius distantiae dimidiūm IA uel AM est maxima declinatio Solis: qua aditā ad BI. uel sub-

tractā de BM ostenditur BA, eleuatio Æquatoris AEC. supra horizontem BED. cui elevationi Æquatoris BA. ex opposito respondet depresso Æquatoris DC.

cuius



cuius complementum est DF. eleuatio poli F. supra horizontis punctum D.

EXEMPLVM. Sit obseruata Heidelbergæ altitudo Solis in bruma B I. 16. gr. 57. m. At in Solsticio æstiuo B M. 63. gr. 53. m.

Erunt

B M. 63. 53.

B I. 16. 57.

Distantia tropicorum I M. 46. 56.

Maxima declinatio. I A. 23. 28.


Eleuatio Äquatoris. B A. 40. 25.

Eleuatio poli. DF. 49. 35.

PROBLEMA TERTIVM.

Data maxima declinatione Solis, singularum signiferi partium declinationes inuenire. Ptol. lib. 1. c. 13. Cop. lib. 2. c. 3.

Sit colorus solstitionum, idemq; Meridianus ABCD. Äquator BED. Signifer AEC. polus Äquatoris F. meridianus quispiam BGH. abscindens designifero arcum EG. & notans punctum G. cuius queratur declinatio GH.



Schema
CVI.

Sint autem data, arcus Signiferi E G. 30. gr. unà cum ipsius complemento G A. 60. gr. Item declinatio maxima A E B. uel A B. 23. gr. 28. m. unà cum ipsius complemento A F. 66. gr. 32. m. Quia igitur circuli F A B. & F G H. per polum Æquatoris F. & signifer A E C. per polum coluri A B C D. transeunt: ideo anguli ad A, B, & F. sunt recti per 57. p. i. Quia uero anguli ad A, B, & F. sunt recti; ideo uel soluo Triangulum ~~F~~ E G. per axioma primum aut tertium; & dico:

per ax. i. Vt E A. ad B A. 23°. 28'. ita E G. 30. gr.
per ax. 3. G H E. H E G.

100000. 39822.

50000.

ad G H. 19911 ---- ii. gr. 29. m. uel quod multò est compendiosius, soluo Triangulum A F G. per axioma quartum. hoc modo:

A G. 60. 0. --- 60. 0.

A F. 66. 32. --- 23. 28.

126. 32. 83. 28. --- 99350

Exc. 36. 32. 59529

39821

19910.

^H Sinus arcus ~~F~~ G. ii. gr. 29. m.

N.B. Hoc modo, nempe per axioma quartum, omnes & declinationes Solis & latitudines reliquorum planetarum absq; omni uel multiplicatione uel divisione per solam additionem & subtractionem reperi potes.

PROBLEMA QVARTVM.

Data maxima declinatione Solis singularum Signiferi partium ascensiones rectas inuenire. Ptol. lib. i. c. 14. Cop. lib. 2. c. 3.


Ascensio

Ascensio recta aliquius partis Signiferi dicitur arcus \AA equatoris, qui cū illa parte in Sphæra recta simul ascendet. Ut partis Signiferi GE ascensio recta est HE, quia punctum H. eodem momento cum pūcto G. attingit horizontem rectum FGH. Notum enim est ē Sphæricis quemuis circulum per polos mundi ductum esse horizontem in aliqua regione sub Sphæra recta (hoc est, sub \AA equatore) sita.

Sint igitur data, quæ pridem: nempe arcus Signiferi EG. 30. gr. unā cum ipsius complemento GA. 60. gr. Et maxima declinatio Solis AB. 23. gr. 28. m. unā cum ipsius complemento AF. 66. gr. 32. m. Et deniq; anguli ad A, B & H. recti. Quæratur autem ascensio recta HE. Dico: in Triangulo BFH.

Vt AF. 66. gr. 32. m. ad AG. 60. gr. ita FB. 90. gr. per ax. 2. Sinus 91792. tang. 173205. 100000. per comp. i. — 109016.

fecans complementi AF. ad 188822. tangentem arcus BH. 62. gr. 6. m. cuius complementum est HE. 27. gr. 54. m. ascensio recta quæsita, per ax. 2. & per compend. i.



Schema
C VI.

276 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM
PROBLEMA QVINTVM.

*Datis declinatione & ascensione recta una cum eleuati-
one poli, singularum Signiferi partium ascensiones obli-
quas inuenire. Ptol. lib. 2. c. 7. Cop. lib 2. c. 3.*

Ascensio obliqua alicuius partis Signiferi dicitur ar-
cus Äquatoris, qui cum illa parte in Sphära obliqua
simul ascendit: ut ascensio obliqua partis Signiferi
HL est arcus Äquatoris H E. quia arcus ille H E. simul
ascendit supra horizontem obliquum B E D in sphæ-
ra obliqua: in qua eleuatio poli est DK.


CASVS PRIMVS.

*Si Sol sit in signo aliquo boreo, qualia signa sunt γ δ π ω .
 α β .*

Sit meridianus A B
C D. Äquator A E C.

Signifer F L I. Horiz-
zon obliquus B E D.
eleuatio poli DK.

Arcus aliquis Signi-
feri H L. eiusque de-
clinatio L M. & ascen-
sio recta H M. ascen-
sio obliqua H E. dif-
ferentia ascensiona-
lis E M. Et in Trian-



gulo E L M. sint data præter rectum ad M. compl. ele-
uationis poli L E M. siue D C. 40. gr. 25. m. & declina-
tio L M. ii. gr. 29. m. & deniq; ascensio recta H M. 27.

gr. 54. m.

Schema

CVII.

gr. 54. m. Quæratur autem EM. differentia ascensionis: quæ demta de ascensione recta HM relinquat ascensionem obliquam HE. Dico:

Vt DC. 40. gr. 25. m. ad CE. rad. ita LM. n^o. 29'.

T. 85157.

100000.

T. 20315.

100000.

117430.

ad 23855. sinum arcus ME. 13. gr. 48. m. quo detra-
cto de ascensione recta HM. 27. gr. 54. m. relinqu-
tur ascensio obliqua HE. 14. gr. 6. m.

CASVS SECUNDVS.

Si Sol sit in signo aliquo australi, qualia signa sunt ☽, ☿, ☻, ☽, ☿, ☻.

Signifero existente FHI, cæteris, ut ante: Sit data por-
tio Signiferi HL nempe finis libræ,
uel principium B Scorpii 30. gr. eius-
que declinatio LM.
n^o. 29'. & ascensio
recta HM. 27. gr.
54. m. unà cum de-
clinatione maxi-
ma. LHM. 23°. 28'. Dico:

Vt BA. 40. gr. 25. m. ad AE. rad. ita LM. n^o. 29.

per ax. 2. T. 85157.


100000

T. 20315.

per cōp. 2. 100000

117430.

ad 23855.



Schema
CIVIII.

278 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM


ad 23855. sinum arcus EM. 13. gr. 48. m. quo addito
ad ascensionem rectam HM. 27. gr. 54. m. efficitur
ascensio obliqua HE. 41. gr. 42. m.

CONSECTARIVM. Differentiæ ergo ascensionales in utroq; semicirculo Signiferi sunt eædem: sed in semicirculo boreali sunt ab ascensionibus rectis auferendæ: in semicirculo reliquo sunt ad ascensiones rectas addendæ.

PROBLEMA SEXTVM.

Data declinatione Solis, unà cum eleuatione poli, singularum signiferi partium arcum semidiurnum, hoc est, quantitatem diei reperire. Copern. lib. 2. c. 7.

Differētia diei in-
æqualis ab æquali
nihil aliud est, quā
differentia ascen-
sionis rectæ ab ob-
liqua: ut Coperni-
cus monet lib. 2. c.
9. et res ipsa docet.
Si enim principij
tauri G. data decli-
natio GH. 11. gr. 29.
m. unà cum com-



plemēto eleuationis poli GEH. 40. gr. 25. m. & angulo
recto ad H. Quæratur autē arcus Äquatoris EH. qui ad-
ditus ad quadrantem AE. ostendat quantitatem ar-
cus semidiurni AH. uel in parallelo solis MG. Ratio-
tinatio prorsus eadem erit, quæ in problemate antece-
dente: nempe, 60. Vt CD.

Schema

CV.

Vt CD. $40^{\circ} 25'$. ad CE. rad. ita GH. $11^{\circ} 29'$.

T. 85157.

100000.

T. 20315.

100000. T. comp. 117430,

ad 23855. sinum arcus EG. $13^{\circ} 48'$. cui arcui respondent, Hora o. minuta 41. Ergo, quando Sol est in principio tauri, dies est horarum 13. & 22. minutorum. Nam bis 41. m. sunt 1. hora, 22. m. quæ addita ad 12. horas efficiunt 13. H. & 22. m.


CONSECTARIUM. Hinc cuiuscunque regionis, si data sit eleuatio poli, unà cum declinatione maxima: dabitur etiam dies maximus. Et contra: si datus sit dies maximus, unà cum declinatione maxima, dabitur etiam eleuatio poli.

PROBLEMA SEPTIMUM.

Data declinatione Solis, unà cum eleuatione poli, singularum signiferi partium, latitudinem ortiuam inuenire.

Ptol. lib. 2. c. 2. Cop. lib. 2. c. 7.

Latitudo ortua dicitur arcus horizon-
tis inter Äquatorem
& orientem aliquem
signiferi gradum in-
terceptus, ut EL. In-
uenitur autem hoc
modo.



Oo VtLEM.

Vt LEM. $40^{\circ} 15'$.	ad LM. $11^{\circ} 29'$.	ita EML. rad.
per ax. 3. 64834	19908.	100000.
per cōp. 1. 100000.		154239.

Secans compl. GEH. ad 30706. sinum arcus
EG. $17^{\circ} 53'$.

PROBLEMA OCTAVVM.


Datis loco & declinatione Solis una cum elevatione poli, altitudinem eius supra horizontem ad quamvis horā inuenire.

CASVS PRIMVS.

Si Sol sit in Aequatore, hoc est, in principio librae vel arietis.

Sit hora secunda à meridie, & Sol ad H. constitutus: adeoq; sit angulus AGH. siue arcus

Schema CIX. AH. 30. gr. arcus I A G. æqualis elevationi poli FK. 49.
gr. 35. m. Et angulus ad A. rectus per 57. p. 1. Soluo Triangulum AGH. per ax. 4. hoc modo:



AH. 30°

A H. 30° . O --- 30° . O'.

A G. 49. 35. --- 40. 25.

79. 35. 70. 25. ----- 9425

10. 25. 18080

112295


56147.

Sinus arcus HL. altitudinis O. supra horizontem
 $34^{\circ} 9'$.

CASVS SECUNDVS.

Si Sol sit in aliquo signo boreo.

Sit rursus hora se-
 cunda à meridie,
 adeoque sit angu-
 lis G F H. 30° . gr. si-
 ue arcus A M. Sol
 autem sit in 15° . gr.
 Tauri, nempe ad
 punctum H. cuius
 puncti declinatio
 H M. est $16^{\circ} 21'$. &
 quadratur eius alti-
 tudo HL. Soluen-
 dum uenit Triangulum obliquangulum F G H. cuius
 latera duo nota sunt, FG. complementum eleuationis
 poli $40^{\circ} 25'$. & F H. complementum declinationis So-
 lis $73^{\circ} 39'$. unà cum angulo G F H. 30° . gr. Ita igitur pro-
 cedo per axioma quartum.



Schema
CX.

FG. 40. 25. —— 40. 25.

FH. 73. 39. —— 16. 21.

114. 4. 56. 46. —— 83644

24. 4 ————— 40780.

GFH. 30°. 0'. — 100000 124424

60. 0. — 86602 72212.

13398.

Vt 100000. ad 72212. ita 13398.

ad 9674. quo detracto de 83644. relinquitur 73970.
sinus arcus H L. altitudinis solaris 47°. 42'.


CASVS TERTIVS.

Si Sol sit in signo aliquo australi.

Sit etiam in hoc ca-
fu data hora secun-
da à meridie, hoc
est, angulus GFH.

Schema
CXII.

etiam in hoc casu
sit 30. gr. Sol autem
in punto H. sit
constitutus ad prin-
cipium Scorpii; cu-
ius declinatio HM.
est 11°. 29'. Arcus
igitur FH. est qua-
drante maior. Ergo
pro Triangulo GFH. nunc soluo Triangulum NHO.
per axioma 4. hoc modo.



NO.	40.	25.	—	40.	25.	
NH.	78.	31.	—	II.	29.	
	118.	56.		51.	54.	—
	28.	56.				48379
	30.	0.				127072.
HNO.	150.	0.	100000.			63536.
	60.	0	—	86602.		
				186602.		

Vt 100000. ad 63536. ita 186602.

ad 118559. de quo si subtrahas 78693. restabit 39866.
sinus excessus tertij lateris, nempe sinus altitudinis
solaris HL. 23°. 30'.

PROBLEMA NONVM.

Data altitudine Solis latitudinem eius à meridiano sup-
putare.

Latitudo Solis à meridiano est arcus horizontis inter
meridianum & uerticalem, qui per solem transit, inter-
ceptus, ut in præcedentibus tribus Schematibus arcus
IL. Qui arcus facilimè reperitur per axioma 3. hoc
modo.

In primo casu præcedentis problematis.

Vt GH. cōpl. altitudinis 55°. 51'. ad GFH. 30. gr. ita FH. 90°.

Sin. 82757.	Sin. 50000.	100000.
-------------	-------------	---------

Cōp. i. 100000. 120835.

Sec. cōp. FH. ad 60417. sinū anguli HG F. uel IGL, hoc
est, arcus IL. 37. gr. 10. m.

In secundo casu:

Oo iij Vt GH.

Vt G H. 42°. 18. ad G F H. 30. gr. ita F H. 73°. 39'.

67301. 50000. 95956.

ad 71288. sinum anguli F G H. uel I G L. hoc est, ar-
cus I L. 45. 28.

In tertio casu :

Vt G H. 66. 30. ad G F H. 30. gr. ita F H. 78. 31.


91706. 50000. 97998.

ad 53430. sinum anguli F G H. uel I G L. hoc est, ar-
cus I L. 32°. 18'.

PROBLEMA DECIMVM.

*Et Solis & omnium omnino stellarum declinationes ob-
seruare.*

Per Quadrantem obserua altitudinem stellæ in circu-
lo meridiano. Quæ altitudo si fuerit maior altitudine
Aequatoris, hanc ab illa subtrahe : sin minor, fac con-
trarium : & habebis declinationem stellæ quæsitam.
Exempli gratia. Si
Solis altitudo in cir-
culo meridiano per
Schema CVII. Quadrantem obser-
uata sit B F. 35. gr. 12. m.
subtractis B F. 35. gr. B
12'. de altitudine A-
equatoris B A. 40°. 25'.
remanet declinatio
Solis F A. 5. gr. 13. m.



PROBLE-

PROBLEMA VNDECIMVM.

Ex obseruata declinatione Solis locum eius in Ecliptica reperire.

Sit obseruata declinatio Solis F A. 5. gr. 13. m. Quæratur autem locus eius in Ecliptica, hoc est, quæratur arcus F H. quia igitur in Triangulo F A H. præter rectum ad A. notus est obliquus ad H. nempe declinatio maxima 23. gr. 28. m. & insuper etiam latus F A. declinatio nuper obseruata, dico per ax. 3.

Vt A H F. 23°. 28' ad A F. 5. gr. 13. m. ita F A H. 90. gr.

39821.	9092.	100000.
		251120.

cōp. I. 100000.

Sec. compl. A H F. ad 22831. sinum arcus F H. 13. gr. 12. m. quo arcu detraæsto de signo pisculum 30. gr. apparet Solem esse in 16. gr. 48. m. pisculum.

Videtur autem Sol 24. horarum spacio unum ferè gradum pertransire. Veniunt itaque pro horaria portioæ ne scrup. $2\frac{1}{2}$! Vnde ad quamlibet aliam horam constitutam facile conieætabitur locus eius, inquit Copernicus lib. 2. c. 14.

PROBLEMA DVODECIMVM.

Ascensiones rectas fixarum inuenire.

Ascensionem rectam primæ alicuius stellæ fixæ sic inuenies. In meridie obserua declinationem Solis, & inde collige ascensionem eius rectam per problemata præcedentia. Deinde horologium quoddam automaton indubitatæ fidei exactè compone ad motum Solis.

Porro obserua, quo horis à meridie stella fixa, cuius ascensionem

Vide
Schema
CVII.

ascensionem rectam inquiris, ad meridianum peruenierit. Deniq; horas illas in gradus & scrupula Äquatoris conuersas adde ad ascensionem rectam Solis, & habebis ascensionem rectam stellæ fixæ quæsitam. Exempli gratia. Primum in meridie sit obseruata ascensio recta Solis ad K. constituti, IL. 80. gr. Deinde horis nouem à meridie elapsis sit obseruatus transitus stellæ alicuius fixæ

M. per meridianum
B A M. Atqui horis
nouē ascenderunt
IA. 135. gr. $22\frac{1}{2}$. m.
singulis enim horis


Schemma ascendent 15. gr. $2\frac{1}{2}$.

CXII. m. Additis ergo IA.
135. $22\frac{1}{2}$. ad IL. 80.
gr. manifestum fit,
ascensionem rectam
stellæ fixæ M. h. e.
arcum Äquatoris

AL. à principio Arietis L. esse $225.$ gr. $22\frac{1}{2}$.

¶ Inuenta autem ascensione recta unius alicuius stellæ fixæ, reliquarum fixarum omnium ascensiones rectas inde colliges' hoc modo :

Sit prius inuenta ascensio recta stellæ fixæ M. nempe arcus AL. Nunc autem queratur ascensio recta stellæ fixæ N. hoc est, arcus OL. obseruatis declinationibus AM & ON. per problema 9. & notata disiantia MN. uel per Quadrantem uel per Sextantem. Quia in Triangulo



angulo M FN, nota sunt omnia tria latera : nempe MF. & NF. complementa declinationum & MN. distantia stellarum : inde per ax. 4. inuestigabis angulum M FN. cuius mensura est arcus A O. quo detractione de ascensione recta stellæ M. nempe de arcu A L. remanebit arcus OL. ascensio recta stellæ N.


PROBLEMA DECIMVM TERTIVM.

Data declinatione & ascensione recta alicuius stellæ fixæ, eius longitudinem ab æquinoctio uerno, & latitudinem ab Ecliptica supputare.

Sit meridianus ABC. Äquator AEC. Ecliptica BED. polus Äquatoris F. polus Eclipticæ G. & sit stellæ H. data declinatio HK. & ascensio recta KE. quæratur autem longitudo EI. & latitudo IH. Primum in Triangulo KEL. quia præter rectum ad K. notus est angulus maximæ declinationis Solis KEL. & insuper ascensio recta stellæ KE. Dico.

I. Ut EA. rad. ad AB. tang. maximæ declinationis, ita EK. sinus ascensionis rectæ, ad tangentem arcus

Pp KL. sinus



Schema
CXIII.

- KL. quo detrac \circ de declinatione stellæ KH. relinquitur arcus LH. per ax. 2.
- II. Vt KL. ad KEL. ita KE. ad KLE. per ax. 3. cui æquatur ILH. per 13. p. 1.
- III. Vt KEL. ad KL. ita LKE. ad LE. per ax. 3.
- IV. Vt HIL. ad HL. ita ILH. ad IM. latitudinem stellæ per ax. 3.
- V. Vt tangens ILH. ad rad. ita tangens IH. ad sinum IL. per ax. 2. quo IL. addito ad LE. efficitur arcus IE. quo detrac \circ de circulo toto relinquitur arcus EDBL. Longitudo stellæ ab Äquinoctio uerno E.

PROBLEMA DECIMVM QVARTVM.

Data declinatione & latitudine stellæ longitudinem eius inuenire. Cop. l. 3. c. 2.

Exempli gratia: Sit Spicæ virginis obseruata altitudo in meridiano 27. gr. ferē. Qualem obseruauit Coper-

nicus Frueburgi
Prussiæ, Anno 1525.

ubi eleuatio poli

Schema CXIV. est 54°. 19'. Declina-


tio igitur austrina
stellæ fuit 8. gr. 40.

m. per problema
9. Et sit latitudo

stellæ austrina da-
ta 2. gr. 0. m. Quæ-

ratur autem longi-
tudo. Descripto circulo meridiano per Äquatoris

& Eclipti-



& Eclipticæ polos incedente A B C D. sit sectio communis Äquatoris cum meridiano, adeoq; dimetiens Äquatoris. A E C. sectio communis Eclipticæ cum meridiano siue dimetiens Eclipticæ B E D. poli Eclipticæ F & G. principium Canceris D. capricorni B. Declinatio austrina Spicæ sit C N uel A M. per cuius declinationis terminos N & M. ducatur dimetiens paralleli Äquatoris per Spicam transeuntis N O M. Latitudo austrina Spicæ sit D L. uel B H. per cuius latitudinis terminos L & H. ducatur dimetiens paralleli Eclipticæ per Spicam transeuntis L O H. quæ dimetiens, ubi secuerit dimetientem Äquatoris, nempe ad punctum O. ibi erit locus Spicæ, ac proinde sinus rectus longitudinis Spicæ à quippe uersus Capricornum, in parallelo suo erit recta I O. quam quærimus.

In Triangulis autem æquiangularibus E B R & K H Q. dantur. 1. Sinus arcus A B maximæ declinationis Solis 23. gr. 28. m. nempe sinus R B. 39835.

2. Sinus arcus A H. 25°. 28' $\frac{1}{2}$. compositi ex maxima declinatione Solis A B. 23°. 28' $\frac{1}{2}$. & ex latitudine Spicæ austrina B H. 2. gr. nempe sinus R H. 43012.

3. Sinus declinationis austrinæ AM. 8. gr. 40. m. nempe sinus O P. 15069.

4: Sinus latitudinis austrinæ B H. 2. gr. nempe sinus E I. 3489. & sinus complementi I L. uel I H. 99939.

Dico igitur per 46. p. I.

I. Ut R B. 39835. ad B E. 100000. ita Q H. 43012.
comp. I. 100000 251036.

ad H K. 107975.

Pp ij II. Ut R B.

290 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM
 II. Vt R.B. 39835. ad B.E. 100000. ita P.O. 15069.
 Comp. i. 100000. 251036.

ad O.K. 37828.

Subtracta autē recta O.K. 37828. de recta H.K. 107975.
 restat recta O.H. 70147. qua rursus subtracta de recta
 I.H. 99939. restat recta 10. 29792. quā notā porrò dico:
 III. Vt I.H. 99939. est 100000. radius, ita 10. 29792.

100000 100061.

est 29810. sinus distantiae Spicæ à principio libræ. 17.
 gr. 20'. 40''. Cui si addas semicirculum iSo. gr. habebis
 longitudinem Spicæ ab Aequinoctio uerno 197. gr.
 20'. 40''. ad tempus obseruationis Copernici.

PROBLEMA DECIMVM QVINTVM.

*Data longitudine & latitudine stellæ, eius declinationem
 & ascensionem rectam, simulque medium cœli reperire.*

Copern. lib. 2. cap. 4.


Sit circulus per po-
los Aequatoris &
Signiferi ductus,
nempe colurus sol-
sticiorum ABCD.

Aequator AEC.

Signifer BED. poli
Æquatoris F. & P.

Poli Signiferi G &
T. Stella. quæpiam
H. circulus per po-
los Aequatoris &
centrum stellæ in-

Schema
 CXV.



cedens

LIBER PRIMVS 295
cedens FHP. adeoque declinatio stellæ HN. ascensio
recta EN. Circulus quispiam per polos Signiferi &
centrum stellæ incedens GHT. adeoq; latitudo stellæ
HK. longitudo EK. medium cœli, (hoc est, gradus
Eclipticæ, cum quo stella H. meridianum attingit)
EM. Et sint data.

B A. maxima declinatio Solis $23^{\circ} 28'$.

EK. longitudo stellæ H. nempe oculi γ , ab æquino-
ctio uerno. $63^{\circ} 58'$. ad an. N.C. 1588

HK. latitudo eiusdem stellæ perpetua, uersus
austrum $5^{\circ} 10'$.

Quærantur autem

HN. declinatio

EN. ascensio recta &

EM. medium cœli, eiusdem stellæ.

Inquisitio.

In Triangulo PT H. tria nota sunt.

1. latus PT. æquale lateri AB. $23^{\circ} 28'$

2. latus TH. complementū latitudinis stellæ $84^{\circ} 50'$.

3. angulus HTP. complementum anguli KTB.
qui angulus est complementum longitudinis stel-
læ 26. gr. 2. m. Vnde angulus HTP. est $153^{\circ} 58'$.

Et nota duo latera notum angulum includunt.

Inquiero igitur latus tertium PH. per ax. 4. hoc modo.

PT. $23^{\circ} 28'$. --- $23^{\circ} 28'$.

TH. $84^{\circ} 50'$. --- $5^{\circ} 10'$.

108. 18. 28, 38. ----- 47920

18. 18. ----- 31399.

79319

39659. med. rectæ.

Pp iij HTP. 135.

292 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM.

HTP. 153. 58.

90.---100000.

63. 58.---89854.

189854. Sinus uersus.

Vt 100000. ad 39659. ita 189854.

ad 75294. unde detractus sinus 47920. relinquit
27374. sinum rectum excessus tertij lateris, nempe
declinationis stellæ HN. 15°. 53'. cui si addas quadrā-
tem PN. simul innotescit totū tertiu latus PH. 105°.
53'. eiusque compl. ad semircirculum, hoc est, com-
plementum declinationis stellæ H F. 74°. 7'.

Quibus omnibus notis, porrò dico per ax. 3.

74. 7.

26. 2.

Vt PH. 105. 53. ad PTH. 153. 58. ite TH 84°. 50'.

96180.

43889.

99594.

ad 45446. sinum anguli HPT. cuius mensura est
arcus N A. 27°. 2'. cuius compl. E N. 62°. 58°. est as-
censio recta stellæ quæ sita. At Raijmarus scribit, eius-
dem stellæ ascensionem rectam Cassellis eodem anno
obseruatam & inuentam esse 63°. 10'. Quæ obseruatio,
si recte à Raijmaro annotata est, longitudo & latitudo
oculi tauri tam apud Ptolomeum quam apud Coper-
nicum est mendosæ.

Denique pro inueniendo medio cæli E M.

dico per ax. 2.

Vt FA. 90°. ad AN. 27°. 2. ita FB. 66. 32. compl. AB.

100000.

tang. 51026.

Sin: 91729.

ad 46805. tangentem arcus MB. 25°. 5'. cuius com-
plementum E M. est medium cæli stellæ H. quæ situm
64°. 55'. FINIS.

Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
 Grunbergensis
PROBLEMATVM
 ASTRONOMICORVM
 LIBER SECUNDVS,

*De motu trepidationis itidem stellarum omnium
 communi,*

Siuie


De diuersitate obliquitatis Signiferi.

PROTHEORIA

Sit colurus solstitiorum ABCD. &
 in eo poli Aequatoris F. & G. poli
 Signiferi H & I.
 Signifer ipse BKDL.
 Aequator AKCL. A
 Axis signiferi HEI.
 axis Aequatoris F
 EG. Deinde in coluro solstitiorum
 assumatur arcus
 MHQ. tantus,

quanta est differentia inter maximam obliquitatem
 Signiferi FM. & inter minimam FQ. per hunc arcum

MHQ. axis



Schema
CXVI.

MHQ. axis Signiferi & cum eo tota cœlorum machina hinc inde mouetur ab M. per H. in Q. & rursus à Q per H. in M. idq; motu admodum inæquali: nempe circa maximam & minimam Signiferi obliquitatem tardissimo, circa medium uelocissimo: ut multorum seculorum obseruationes ostendunt. Iam motus inæqualis, nisi mediante aliquo motu æquali ad calculum reuocari non potest. Polo igitur mediæ obliquitatis Signiferi H. inter ualio dimidiæ differentiæ HQ. uel HM. describatur in superficie globi epicyclus MNOP. Et in eo anomalia siue diuersitas obliquitatis Signiferi æqualiter moueri intelligatur ab M. in N, &c. quo facto, manifestum est, motu\$ fictitio æquali per circumferentiam epicycli MNOP. respondere motum uerū per diametrum HQ. admodum inæqualem: & quidem omnino talem, qualem obseruationes requirunt: nempe circa M & Q. tardissimum, circa H. uelocissimum. Sint enim æquales arcus MN, OP, PY, & VQ. nempe singuli 5. graduum. Manifestum est portiones diametri MHQ. illis arcibus respondentes nempe rectas uel quasi rectas MT, SH, HZ, & XQ. admodum esse inæquales. MT. enim, XQ. sunt sinus uersi: SH uero & HZ. sunt sinus recti, eorundem arcuum. Iam sinus uersus 5. graduum non est nisi 381. sinus uero rectus est 8715. Atqui 381. in 8715. plusquam uicies continetur. Ergo motus circa extremitates M & Q. (hoc est, circa maximam & minimam obliquitatem Signiferi) plusquam uigecuplo tardior est motu circa H. Quod ante omnia ostendendum erat.

PROBLEMA PRIMVM.

Aequalem motum anomalie obliquitatis Signiferi ad quodvis datum tempus colligere.

Ad omnem æqualem motum collendum, etiam tempus datum æquale sit oportet. Inæquales autem sunt anni Juliani: quippe alij dierum 365. alij dierum 366. Inæquales etiam sunt menses Juliani: quippe alij dierum 30. alij dierum 31. alij dierū 28. uel 29. Inæquales denique sunt etiam dies ciuiles: propter duas causas. Primum, quia motus Solis in Signifero est inæqualis. Deinde, quia etiam cum æqualibus arcubus Signiferi, inæquales arcus Äquatoris ascendunt. Dies autē ciuilis est reuolutio totius Aequatoris, & insuper particulæ tantæ, quanta cum eo arcu Signiferi, quem interim Sol proprio & contrario motu emensus est, ascendet. Sed inæqualitas quidem dierum ciuilium nisi in motu lunæ, nihil habet momenti: nec nisi absoluто calculo motus Solis intelligi potest. Ergo eius correctio sub finem problematum de motu Solis differatur. Inæqualitas autem annorum Julianorum corrigitur, reductione eorum ad annos Aegyptios, qui perpetuo sunt æquales, quippe singuli dierum 365. Cæterum, anni Juliani ad annos Ägyptios reducuntur, si per 4. diuidantur. Sic enim quarti cuiusque anni dies intercalaris separatur: & in unoquoque anno non nisi 365. dies relinquuntur. Mensium autem Julianorum inæqualitas evitatur, dum pro mensibus datis, dies illorum mensium ad calculum assumentur. Exempli

Qq causa,

296 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM

causa, sit quærendus aliquis motus æqualis ad horam secundam pomeridianam diei 30. Iunij. anni à N.C. 1600.

Primum annos Julianos completos 1599. reduco ad annos Aegyptios hoc modo:

~~333~~ 3. --- anni tres, post bisextilem reliqui.

~~1599~~

~~444~~ (399. dies intercalares.

365. (1. annus Aegyptius, ad 1599. addēdus.

34. --- dies residui.

Deinde numero dies Mensium dati anni currentis 1600. & sunt, dies Ianuarij --- 31.

Februarij --- 29

Martij ----- 31 *quia annus Julianus 1600. est bisextilis: quippe cum anno 1599.*

Aprilis ----- 30 *fuerit tertius post bisextilem: id:*

Maij ----- 31 *quicke, quia annus N.C. fuit bisextilis. Ergo ē quartus quic-*

Iunij, dies completi 29 *que ab illo est bisextilis.*

Dies antea residui 34.

Summa dierum. 215.

Denique horis duabus pomeridianis addo horas 12. à media nocte elapsas, ut fiant horæ 14. idque propterea, quia Copernicus æram Christi orditur, non à meridie calendarum Ianuarij: sed à media nocte Calendas Ianuarias antecedente: idque respectu meridiani Cra- couiensis, cuius longitudine secundum Copernicum est 45. graduum.

His ita factis, tempus calculo Astronomico aptum est annorum

annorum Agyptiorum. 1600.

Dierum ----- 215.

Et horarum ----- 14.

Quos annos & dies compendiosioris calculi causa redigo in Sexagenas annorum & dierum : horas uero conuerto in scrupula siue in sexagesimas partes dierum hoc modo.

44

1600

560

(26. Sexagenæ annorum, & 40. anni.

6

3

215 (3. Sexagenæ dierum, & 35. dies.

60

24. horæ dant 60. scrupula dierum, quot scrupula dierum dant 14. horæ?

¶. 35. Nam

$$\begin{array}{r} \text{Vt } 24. \text{ ad } 60. \text{ ita } 14. \\ \hline 2. \qquad \qquad \qquad 5 \qquad \qquad \qquad 7. \\ \hline 1 \qquad \qquad \qquad \underline{ad } 35. \end{array}$$

¶ Præter temporis correctionem in omni motu æquali colligendo hæc duo præscire oportet: Primum, quanto tempore absoluatur ille motus. Alterum, constituto certo aliquo temporis principio, quousque tunc & unde progressus fuerit ille motus, Verbi gratia: quousque & unde progressus fuerit motus anomalie obliquitatis Signiferi, tempore nativitatis Christi.

Qq ij Ad pri-

298 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM

Ad primam quæstionem hoc loco respondet Copernicus, motum anomaliae obliquitatis Signiferi (ipse uocat motum anomaliae simplicis Äquinoctiorum) absolui annis Ägyptijs 3434. Idque probabiliter colligit ex obseruationibus antiquis ac nouis, lib. 3. cap. 6.

Motus igitur annuus est --- 6'. 17". 24"". 9""". ferè

Motus diurnus --- 0'. 1". 2". 2""". Nam

I. Ut 3434. anni ad 360. gr. ita 1. annus ad 0. gr. 6'.
17". 24"". 9""". ferè.

II. Ut 365. dies ad 6'. 17". 24"". 9""". ita 1. dies ad
0'. 1". 2". 2""".

Quia uerò motus unius anni est 6'. 17". 24"". 9""". ideo motus Sexaginta annorum siue unius Sexagenæ annorum est 6°. 17'. 24". 9"". Nam ut anni per 60. crescunt: ita motus.

Eodemq; modo: quia unius diei motus est 1". 2"". 2""". ideo sexaginta dierum siue unius sexagenæ dierum motus est 1'. 2". 2""". Quod obseruare operæ precium est: quia cálculum præbet admodum facilem ijs: qui practicam Italicam norunt: quam Studiosus mathematum ignorare nemo debet. Discere autem poterit qui uolet, ex Arithmetica Germanica Petri Appinai: uel ex alijs id genus libellis: qui uulgò prostant, & in omnijum ferè mercatorum manibus uersantur.

Ad secundam quæstionem respondet, & rursus ex obseruationibus antiquis atque nouis probabiliter colligit Copernicus, motum anomaliae obliquitatis Signiferi ab M. uersus N. hoc est, à maxima obliquitate uersus minimam tempore nativitatis Christi, progres-

sum esse

sum esse gradibus 6. minutis 45.

Quibus ita positis : æqualem motum anomaliaæ obliquitatis Signiferi ita colligo, ut sequitur.

Sex^a. annorum

Sexag^a. anni

1.	6°. 17'. 24". 9'''.	26. 40.
----	---------------------	---------

2.	5. 48. 3. 0.	20. 20.
----	--------------	---------

31.	27. 0. 45.	5 20.
-----	------------	-------

4.	<u>II. 36. 6.</u>	1
----	-------------------	---

2.	47. 44. 4. 0.	
----	---------------	--

Sex^a. dierum

Sex^a. dies scr.

1.	1'. 2". 2'''.	3. 35. 35.
----	---------------	------------

7.	II. 10.
----	---------

7	II. 10.
---	---------

Motus dierum	3'. 42". 53'''.	21'''''. 10'''''
--------------	-----------------	------------------

Motus annorum	2'. 47'. 44.	4.
---------------	--------------	----

Radix	0. 6. 45.	
-------	-----------	--

Summa	2'. 54'. 32'. 46". 53'''.	21'''''. 10'''''
-------	---------------------------	------------------

Hoc est

174. gr. 32'. fetè.

Nam duæ sexagenæ graduum sunt 120. gr. quibus si addas 54. gr. efficiuntur 174. gr. &c.

PROBLEMA SECUNDVM.

Prosthaphæreses obliquitatis Signiferi supputare.

Prosthaphæreses obliquitatis Signiferi sunt portiones diametri M H Q. inæquales, arcubus anomaliaæ M N O P. æqualibus respondentes: & ideo sic dicuntur, quia modo addendæ sunt ad obliquitatem Signiferi medianam, modo ab eadem auferendæ: prout citra uel ultra medianam obliquitatem Signiferi H. consistunt.

Qq iij Suppu-

Supputantur autem adminicula sinuum, si prius constet quantitas diametri M H Q. nempe differentia inter maximam & minimam obliquitatem Signiferi, quam differentiam Copernicus dicit & probat esse 24. scr. primorum lib. 3. cap. 10. Tempore enim Ptolemaei, cum motus esset tardissimus, & fere imperceptibilis, erat obliquitas Signiferi $23^{\circ} 52'$. fere. Nunc quando motus iterum est tardissimus, & fere imperceptibilis, obliquitas Signiferi per observationes deprehenditur non multò maior quam $23^{\circ} 28'$. Vnde liquet istos duos esse summæ tarditatis limites. Subtractis autem F Q. $23^{\circ} 28'$. de FM. $23^{\circ} 52'$. relinquuntur Q M. 24. scrupula prima. Quibus datis, quia ad datum tempus motus anomaliæ M V. $174^{\circ} 33'$. excessit quadrantem M P. arcu P V. $84^{\circ} 33'$. cuius arcus sinus H X. est 99547. ideo dico:

Vt Q H. 100000. ad H X. 99547. ita Q H. $12'$.

	<u>12</u>	ad H X. $11' 56''$. qui
199094		bus subtractis de me-
<u>99547</u>		dia obliquitate Sig-
1194564		niferi F H. $23^{\circ} 40'$. re-
	<u>60</u>	stat obliquitas qua-
		9573840. sita FX. $23^{\circ} 28' 4''$.

FINIS.

Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
Grunbergensis

PROBLEMATVM

ASTRONOMICORVM

LIBER TERTIVS,

De motu fixarum proprio

Sive

De motu præcessionis Aequinoctiorum.


PROTHEORIA.

Æquinoctia ad primā Arietis stellam fixā esse ueteres crediderunt. At inde dimoueri & quotannis nonnihil anticipare tempus docuit. Vnde uerisimile est fixas secundum signorum ordinem ab occasu in ortum circa axem Signiferi in morem planetarum circumagi. Quia uero perinde est, siue prima stella Arietis una cū tota stellarum fixarum sphæra à puncto æquinoctij uerni antrorsum : (h. e. secundum signorum ordinē) siue punctum æquinoctij uerni à prima stella Arietis retrorsum (h. e. contra signorum ordinem) moueatur : Copernicus autem omnes motus à prima stella Arietis deducit : etiam nos punctum æquinoctij uerni à prima stella Arietis tanquam fixa & immobili retro per Signiferum moueri nunc fingemus. Quæfitione assumta, sit Signifer ABCD. prima stella Arietis, & quondam punctum æquinoctij uerni A. atque tunc

302 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM.

tunc punctum solstitij æstiuui siue principiū Canceris.
 B. Ab illo punto A. siue à prima stella arietis ibi fixa,
 punctum æquinoctij uerni sub-
 inde magis magis
 que retrocedit: &
 quidem motu in-
 æquali. Qui mo-
 tus inæqualis, ut A
 ad calculum re-
 uocari possit, fin-
 gatur motus qui-
 dam præcessionis

Æquinoctiorum
 medius & æqua-
 lis, ab A. in E. deinde polo E. in superficie globi, ad
 Signiferum ABCD. ascribatur epicyclus HIKL, dia-
 metro tanta, quanta est maxima differentia inter ficti-
 tum æqualem, & apparentem inæqualem præcessio-
 nis Æquinoctiorum motum. In cuius epicycli circum-
 ferentia HIK. motus anomaliæ circumcurrat: pro-
 staphæreses autem à motu æquali E in primo semicir-
 culo HLM. auferendæ: in posteriore semicirculo
 MNH. ad eundem motum æqualem addendæ in dia-
 metro NEL. æstimentur: ut supra in obliquitate Sig-
 niferi factum fuit. His ita positis iam tria quæruntur,
 1. quantus sit motus æqualis præcessionis æquinoctio-
 rum, siue quantum processerit punctum E. à punto
 A. unoquoque tempore. 2. quantus sit motus æqualis
 anomaliæ

Schema
CXVII.

anomaliae præcessionis Äquinoctiorum, siue quantū processerit punctum H. uersus I. unoquoq; tempore. 3. quæ prosthaphæresis in diametro epiçycli NEL. respondeat motui anomaliae per circumferentiam epiçycli HIK.

PROBLEMA PRIMVM.

*Aequalem motum præcessionis Äquinoctiorum ad quod-
uic datum tempus colligere.*

Supra diximus, ad quemuis motum æqualem pro tempore dato colligendum duo præsciri oportere.

1. quanto tempore absoluatur ille motus : atque adeo, quantus sit motus annuus ac diurnus.

2. quousque & unde progressus fuerit ille motus certo quodam tempore, uerbi gratia, tempore Natiuitatis Christi.

De primo, hîc respondet Copernicus, æqualem motū præcessionis Äquinoctiorum absolui annis Ägyptijs 25816. idq; per diuersorum temporum obseruationes probat, lib. 3. cap. 6.

Vnde liquet, motum annum esse. 50". 12". 5"".
diurnum : o. 8". 15"".

Nam, ut 25816. anni ad 360. gr. ita 1. annus
ad o. gr. o'. 50". 12". 5"". Et

Vt 365. dies ad 50". 12". 5"". ita 1. dies
ad o". 8". 15"".

De secundo, respondet Copernicus, æqualem motum præcessionis Äquinoctiorum tempore natuuitatis Christi progressum esse ab A. uersus E. 5°. 32'.

Rr Hinc

304 PROBLEMATVM ASTRONOMICORAM

Hinc pro tempore dato colligitur motus æqualis præcessioneis Æquinoctiorum hoc modo:

Sex. an. Sex. anni

$$1. \underline{50'. 12''. 5'''}. 26. 40.$$

$$30. \quad \underline{13'. 20'}$$

$$20. \quad 8. 53. 20.$$

$$5. 20.$$

$$2. 13. 20.$$

$$22'. 18'. 42''. 13''' . 20''''$$

Sex. d.

Sex. d. fer.

$$1. \underline{8''. 15'''}. 3. 35. 35.$$

$$24. 45. \quad 30. 30.$$

$$4. 7. 30. \quad 5. 5.$$

$$41. 15.$$

$$4. 7. 30.$$

$$41. 15.$$

$$0'. 29''. 38''' . 33'''' . 45''''' . \text{Motus dierum}$$

$$22. 18'. 42. 13. 20. \quad \text{Motus annorum}$$

$$5. 32. \quad \text{Radix.}$$

$$\underline{27'. 51'. 11''. 51''' . 53'''' . 45''''' . \text{Summa.}}$$

PROBLEMA SECUNDVM.

Aequalem motum anomalie præcessionis Æquinoctiorum ad quodvis datum tempus intelligere;

Æqualis motus anomalie præcessionis Æquinoctiorum duplus est ad æqualem motum anomalie obliquitatis Signiferi, ut ostendit Copernicus lib. 3. c. 6.

Ergo si æqualem motum anomalie obliquitatis Signiferi, supra inuentum, duplices, habebis æqualem motum ano-

tum anomaliæ præcessionis æquinoctiorum, ad tempus datum: hoc modo:

174°. 33'. Anom. obl. Signiferi.

2.

349°. 6. Anom. præcef. Äq.

Initium autem sumit motus anomalia præcessionis
Æquinoctiorū, à linea medij motus, nempe à punto
H & tendit in partem medio motui contrariam, nem
pe uersus I & K.
Quo posito, ad tempus datum anomalia præcessionis
æquinoctiorum progressa erit ab H. per L, M & N, us
que ad P. & restabit de toto circulo tantum arcus PH.

PROBLEMA TERTIVM.

Posthaphæreses præcessionis Aequinoctiorum supputare.
Hic ante omnia sciendum est, quanta sit maxima
prosthaphæresis, siue quanta sit maxima differentia
inter æqualem & apparentem motum præcessionis
Æquinoctiorum, hoc est, quanta sit semidimetiens
epicycli HIK. per quem circumit anomalia motus.
Copernicus dicit, & ex obseruationibus probat, esse
septuaginta scrupulorum primorum, lib. 3. c. 7.

Quo posito & concessso, reliqua differentiæ siue pro
sthaphæreses ad quemuis datum anomalia motum
æqualem prorsus eodem modo, quo prosthaphæreses
obliquitatis Signiferi colliguntur.

EXEMPLI gratia. Ad datum anomalia motum æ
qualem 349°. 6'. cuius motus complementum ad integrum circulū est PH. 10°. 54' prosthaphæresis ita colli
gitur:

Rr ij Vt EN.

Vt EN. radius ad EO. sinum rectum $10^{\circ} 54'$. ita EN.

100000	18909.	70. scr. prima.
	70	
13	23630	
	60	
	1417800.	
	ad EO. 13. 14".	

Iam EO. consistit ultra medium siue æqualem motum præcessionis Äquinoctiorum, nempe ultra lineam RE. Ergo prosthaphæresis est ad medium motum AE. addenda, hoc modo :

AE. $27^{\circ} 51' 12''$. Medius motus.

EO. o. 13. 14. --- Prosthaphæresis.

28° 4. 26. Vera præcessio Äq.

PROBLEMA QVARTVM.

Motum fixarum siue præcessionem Äquinoctiorum ex observationibus deprehendere.

Fit hoc per problema 14. libri primi. Exemplum uide apud Copernicum lib. 3. c. 2.

FINIS.

Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
Grunbergensis
PROBLEMATVM
ASTRONOMICORVM


LIBER QVARTVS.

Demotu Solis proprio.

PROTHEORIA.

Sol proprio motu sub Ecliptica fertur ab occasu in ortum, & annuo spacio semel circumvoluitur. Sed diutius immoratur in signis boreis, quam in austrinis. Quod argumento est, centrum revolutionis eius esse à centro mundi diuersum. Sed & apogaeum Solis secundum ordinem signorum quotannis nonnihil progreditur. Quod indicio est, etiam centrum eccentrici Solis eodem modo circa terram circumire. Nam centrum eccentrici & apogaeum semper & necessariò sunt in eadem linea: unde moto apogeo, etiam centrum eccentrici mouetur, & contra. Verum, nec apogei motus est æqualis: sed aliquando tardior, aliquando uelocior. Vnde colligere promptum est, etiam centrū eccentrici Solis ferri in eccentrico, uel certe in concentrepyclo. Quæ opinio etiam inde confirmatur, quia eccentricitas solis inæqualiter iam diu decrevit: quomodo omnino decresceret, si centrum eccentrici in epicyclo quodam ad terram modo propius aduolueretur,

Rr iij ueretur,

Schema
CXVIII. 4

ueretur, modo longius ab ea retrocederet. Sit ergo Ecliptica ABCD. descripta ex centro mundi E. & sint in ea quatuor cardines suis signis notati Y , S , O , Z . Prima autem stella Arietis sit ad F. Vnde hoc nostro tempore punctum æquinoctij uerni retrocesserit usque ad Y . ut præcessio æquinoctiorum sit F Y . Apogaeum uero medium hoc nostro tempore processerit ab F. in G. similiterque centrum eccentrici medium I. ab H. in I. centrum autem eccentrici uerum post tres integras revolutiones interim contrario motu peruerterit à K. per

¶ K. per M in L. quo L. centro describatur eccentricus.
Solis N O P, & per duo centra E & L. ducatur recta.
BLE D. qua ducta erit apogenum Solis uerum in B dif-
ferens ab apogeo medio G. angulo B E G. qui angu-
lus, quia citra lineam apogei mediij GIE. subsistit, ideo
est à motu apogei mediij auferendus. Si autem ultra-
lineam mediij motus G I E. consistere (ut futurum est,
quando centrum eccentrici decurret in semicirculo
epicycli posteriore) esset ad eundem medium motum
addendus. Angulus igitur B E G. uel L E I. est prosthaphæresis centri eccentrici. Eccentricitas autem est
L E. nunc ferè minima : quæ tempore Ptolomæi erat
ferè maxima, quasi M E. Porrò, Sol ab apogeo N. uer-
sus perigeum R. progressus sit motu æquali usque ad
O. hoc est, distet ab apogeo suo, angulo N L O. specte-
tur autem ex centro mundi E. manifestum est angulū
apparentiæ N E O. angulo mediij motus N L O. longè
esse minorem. Nam in Triangulo L E O. angulus ex-
terior N L O. solus tantus est, quanti sunt ambo interi-
ores oppositi L E O & E O L. simul sumti: per 48. p. i.
Et per eandem, angulus E O L. subtraetus ab angulo
N L O. relinquit angulū N E O. Angulus igitur E O L.
est prosthaphæresis Solis ad O. consistentis; eodemq;
modo anguli L P E, L Q E, L R E, L S E, L T E, L V E.
sunt prosthaphæreses Solis ad P. uel Q. uel R, &c. con-
sistentis. Quæ prosthaphæreses in priore semicirculo,
nempe ab apogeo ad perigeum semper sunt à media
sive æquali motu Solis auferendæ: in posteriore semi-
circulo, nempe à perigeo ad apogenum semper sunt
adden-

addendæ. Nam in priore semicirculo nempe in semicirculo N P R. angulus apparentiæ angulo medij motus semper est minor, ut angulus N E O. est minor angulo N L O. angulus N E P. est minor angulo N L P. angulus N E Q. est minor angulo N L Q. In posteriore uero semicirculo, nempe in semicirculo R T N. angulus apparentiæ angulo medij motus semper est maior: ut angulus R E S. est maior angulo R L S. angulus R F T. est maior angulo R L T. angulus R E V. est maior angulo R L V. Maxima autem prosthaphæreses utrinque sunt in media apparentia inter apogenum & perigeum, nempe ad P. & T. minimæ, circa apogenum & perigeum, nullæ in ipso apogeo uel perigeo. Et motus quidem circa apogenum apparent tardissimus: circa perigeum uelocissimus: eandem ob causam: quia nempe angulus apparentiæ hinc inde ab apogeo semper est iusto minor, at hinc inde à perigeo semper est iusto maior. Hinc morale illud: Sol quando est altissimus, lentissimo & quasi modestissimo gradu incedit: ita homines decet. Hac theoria præmissa, iam facile erit sequentia problemata intelligere.

PROBLEMA PRIMVM.

Aequalem siue medium motum Solis à prima stella Arietis ad quodcunq; datū tempus inuenire. Coper. l. 3. c. 14.

Æqualis motus Solis in eccentrico Z V N. à prima stella Arietis Z. (nam anguli F E B. & Z L N. sunt ijdem) uicissim ad eandem absoluuntur secundum Copernicum diebus 365. scrupulis 15'. 24". 10".

Hinc

Hinc patet motus Solis annuus: $5^{\circ} 59' 44'' 49''' 7''' 4'''$.

ac diurnus 0. 0. 59'. 8. II. 22.

Nam, ut 365. dies 15'. 24''. 10'''. ad 360. gr. ita 365. dies.

ad 359. gr. 44'. 49''. 7''. 4'''.

Sive quod idem est.

ad $5^{\circ} 59' 44' 49'' 7''' 4'''$. Et

Vt 365. dies ad $5^{\circ} 59' 44' 49'' 7''' 4'''$. ita 1. dies

ad 0. Sex. 0. gr. 59'. 8''. II''. 22'''.

Notis autem motibus unius anni ac diei, noti etiam sunt motus 60. annorum uel dierum: nempe

Motus sexagenæ annorum $5^{\circ} 59' 44'' 49' 7'' 4''$.

Motus sexagenæ dierum. 0. 0. 59'. 8' II'. 22''.

Hæc periodus est motus Solaris. Locus autem illius motus, sive progressio Solis à Z. uersus N. tempore NC fuit $4^{\circ} 32' 30''$.

Quibus duobus ita positis, ad tempus supra datum medius motus Solis per compendium practicæ Italicae colligitur hoc modo:

Sex. an.

Sex. anni.

1.	$5^{\circ} 59' 44'' 49' 7'' 4'''$	26.	40.
----	-----------------------------------	-----	-----

1.	59. 54. 56. 22. 21. 20.	20.	20.
----	-------------------------	-----	-----

Reiectis integris calculis.	29. 58. 44. 5. 35. 20.	5.	20.
	3. 59. 49. 52. 44. 43.	1.	1.

Summa est	5. 15. 9. 48. 26.
-----------	-------------------

Sex. d.

Sex. dies. fer.

1.	$59' 8' 11'' 22'''$	3.	35. 35.
----	---------------------	----	---------

2.	57. 24. 34. 6.	30.	30.
----	----------------	-----	-----

29.	34. 5. 41.	5.	5.
-----	------------	----	----

4.	55. 40. 56. 50.
----	-----------------

29.	34. 5. 41.
-----	------------

4.	55. 40. 56. 50.	88	3. 32.
----	-----------------	----	--------

3. 32. 28. 50. 30. 27. 50. Motus dierum.

5. 15. 9. 48. 26. Motus annorum.

4. 32. 30. Radix.

1. 20°. 8'. 38". 56"". 27"". 50"". Motus

æqualis Solis à prima stella Arietis: quem Coper-
nicus uocat motum Solis æqualem simplicem:
cui si addideris præcessionem Æquinoctiorum
æqualem, 27°. 51'. 11". 40"". 47"". habebis motum
Solis æqualem compositum, ad tempus supra
datum:

1. 47°. 59'. 50". 37". 14". 50""".

PROBLEMA SECUNDVM.

*Aequalem motum apogei, siue centri eccentrici Solis ad
quoduis datum tempus intelligere. Cop. lib. 3. c. 22.*

Annuus motus apogei Solis secundum

Copernicum est ----- 24". 20". 14""".

Motus diurnus ----- 0". 4". 0""".

Locus autem medij motus apogei Solis, à prima stella
Arietis tempore N.C. fuit 61°. 18'. 46". 15"". 24""".

Hinc ad tempus supra datum medius motus apogei
siue centri eccentrici Solis colligitur hoc modo.

Sex. anni.

Sex. anni.

1-----	24'. 20". 14""".	----- 26. 40.
--------	------------------	---------------

8. 18.	6. 44. 40.	20. 20.
--------	------------	---------

2. 0.	1. 41. 10.	5. 20.
-------	------------	--------

0. 1.	16. 13. 29. 20.	1
-------	-----------------	---

10. gr.	48'. 59". 33"". 20""".	
---------	------------------------	--

Sex. d.

Sex. d.		Sex. dies. scr.	
I	4".	3.	35. 35.
			30. 30.
	12.		
	2.	20.	5.
		2.	20.
	14."	22"".	20"".
	10°. 48'. 59"	33"".	20"".
	61. 18. 46.	15.	24.
	72°. 8'. 0.	II.	4.
			Summa. Medius
			motus apogei Solis ad tempus supra datum.

PROBLEMA TERTIVM.

*Aequalem motum anomalie apogei Solis ad quodcunq;
datum tempus indagare.*

Æqualis motus anomalie apogei est æqualis motus
centri eccentrici Solis in epicyclo K M L. tendens à K.
uersus M.

Statuit autem Copernicus motum illum per omnia
conuenire cum æquali motu anomalie obliquitatis
Signiferi. Iam, æqualis motus anomalie obliquitatis
Signiferi ad tempus supra datum erat 174. gr. 33.

Ergo etiam æqualis motus centri eccentrici ad tem-
pus supra datum est, 174. gr. 33'. Atque adeo ad illud
tempus centrum eccentrici Solis progressum erit in
epicyclo suo à K per M. usque ad L.

PROBLEMA QVARTVM.

*Prosthaphæreses apogei, siue prosthaphæreses centri eccen-
trici Solis supputare.*

Ss ij Prosthaphæ-

Prostaphæresis apogei siue centri eccentrici Solis hic,
uerbi gratia, est angulus L E I. ad quem inueniendum
præter datum angulum L I E. (qui angulus est anomaliæ K L. siue anguli K I L. $174^{\circ} 33'$. complementum ad
semicirculum $5^{\circ} 27'$.) duo requiruntur. 1. notitia me-
diæ eccentricitatis E I. 2. notitia differentiæ inter me-
diam & maximam eccentricitatem I K. siue I L.

Statuit autem Copernicus maximam eccentricitatem
Solis E K. esse 417. minimam E I. 323. talium partium,
qualium quæ ex centro eccentrici esset 10000. Hinc
latera E I & I L. colliguntur hoc modo:

$$\begin{array}{r} \text{E K. } 417. \\ \text{E X. } 323. \\ \hline \text{X K. } 49. \\ \text{IX uel IL } 47. \\ \hline \text{E I. } 370. \end{array}$$

Qua collectione facta, quia iam in Triangulo E I L.
tria nota sunt nempe angulus L I E. & duo latera in-
cludentia angulum notum L I. & E I. Item summa an-
gulorum duorum ignotorum, hoc est, complementum
anguli dati ad duos rectos, par angulo L I K. dato $174^{\circ} 33'$. eiusque dimidium $87^{\circ} 16\frac{1}{2}'$. Et denique summa la-
terum datorum 417. & differentia eorumdem 323. Dico
per axioma quintum planorum.

Vt summa laterum datorum. ad diff. eorundem.

$$417. \quad 323.$$

ita tangens $87^{\circ} 16\frac{1}{2}'$.

ad 10000.

ad 102740.

ad 1027401. tangentē anguli 86°. 29'. qui detractus de angulo 87. 16 $\frac{1}{2}$. relinquit angulum minimum L E I. uel B E G. 47'. 30''. quem angulum si auferas ab angulo medij motus apogei F E G. 72. gr. 8'. relinquitur uetus motus apogei Solis, ad tempus supra datum F E B. 71°. 20'. 30''.

N.B. Hoc modo nempe per seum axioma quintum Triangulorum planorum & haec & reliqua omnes tam Solis quam ceterorum planetarum prosthaphareses ferè certius ex fundamentis ipsis supputari, quam ex tabulis prosthaphareses inquiri possunt. Vnde liquet, cum quis in Trigonometria probè versatus sit, nullis prosthaphareses in tabulis indigere. Liquet item, per huiusmodi calculum studiosos astronomia liberari ab inquisitione partis proportionalis: qua inquisitio quam sit molestia, norunt ij, qui eius periculum fecerant.

PROBLEMA QVINTVM.

Eccentricitatem eccentrici Solis inuenire.

Eccentricitas eccentrici Solis ad supra datum tempus erit recta E L.

Noti autem sunt in Triangulo EIL. per problema præcedens omnes anguli, & insuper etiam duo latera EI. & IL. Dico igitur per quartum planorum.

Vt IEL. o. gr. 47'. 30''. ad IL ita EIL. 5°. 27'.

Sin. 1381.

47.

Sin. 9497.

ad EL. 323 $\frac{296}{381}$.

Ergo eccentricitas Solis ad datum supra tempus erit 323 $\frac{296}{381}$. respectu radij 10000. uel quod perinde est 3232. respectu radij 100000.

PROBLEMA SEXTVM.

Prosthaphareses eccentrici Solis supputare.

Prosthaphareses eccentrici Solis (Copernicus uocat prosthaphareses orbis) ut in protheoria diximus, sunt

Ss iiij exempli

exempli gratia anguli L O E, L P E, &c. Quos angulos, ut reperias, duo requiruntur.

1. notitia distantiae Solis ab apogeo.

2. notitia eccentricitatis.

Distantia Solis ab apogeo reperitur subtractione ueri motus apogei à medio motu Solis : uel huius ab illo; prout quisque illorum motuum est maior uel minor. Verbi gratia.

Ad datum supra tempus erant

Medius motus Solis. $80^{\circ} 8'$. quasi Z O.

Verus motus apogei. $71^{\circ} 20'$. quasi Z N.

Ergo distantia Solis ab apogeo N. hoc est, arcus N O. siue angulus NL O. erit 8.48° .

Eccentricitas autem EL. per problema antecedens reperta est 323. partium, qualium L O. est 10000.

Hinc iam in Triangulo L E O. tria nota sunt:

1. Latus L O. 10000.

2. Latus E L. 323. corumque

Summa 10323.

& differentia 9677.

3. anguli EL O. complementum NL O. hoc est, summa duorum angulorum E & O. 8. gr. $48'$. eiusque summæ dimidium $4^{\circ} 24'$.

Dico igitur per axioma quintum planorum:

Vt summa laterum EL & L O. ad differentiam.

10323.

9677.

ita Tangens $4^{\circ} 24'$.

7672.

ad 5191.

ad 719*i.* tangentem anguli 4°. 7'. qui demtus de di-
midia summa angulorum ad E & O. 4. gr. 24'. relin-
quit angulum minimum siue prosthaphæresin quæsi-
tam LOE. o. gr. 17'. quæ prosthaphæresis ablata de
medio motu Solis 80. gr. 8'. relinquit uerum motum
○ à prima stella Arietis 79. gr. 51'. Cui si addas ueram
processionem æquinoctiorum, habebis uerum motū
Solis ab æquinoctio uerno, ad tempus supra datum,
hoc modo:

Medius motus ○. 80. 8.

Prosthaphæ. o. 17.

Verus motus à prima 79. 51.

Præcessio æquinoctiorum. 28. 4.

Verus locus ○. ab æq. uerno 107. 55. h. e. 17°. 4'. Cancri.
Ergo ad tempus supra datum, nempe Anno 1600. die
30. Iunij antiqui: horâ secundâ pomeridianâ, uerus
locus ○ ab æquinoctio uerno erit 17. gr. 55'. Cancri.
An autem calculus iste cælo respondeat, obseruare
poteris, per 12. problema libri primi problematum
Astronomicorum.

PROBLEMA SEPTIMVM.

*Tempus æquinoctij (Et similiter ingressum Solis in quod-
cunque punctum Signiferi) obseruare.*

Duobus circa æquinoctium diebus, obserua altitudi-
nem Solis meridianam, & ex ea collige locum solis in
Zodiaco per problemata 11. & 12. lib. r.

Tum tempus inter duas istiusmodi obseruationes in-
feriorum partire proportionaliter, sic ut maiori di-
stantia à

318 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM

stantiæ à puncto æquinoctiali longius tempus conueniat: minori breuius: & habebis uerum æquinoctij tempus.

EXEMPLVM. Anno 1599. obseruauit quidam altitudinem Solis meridianam 11. & 12. diebus Martij: & inde per problemata modo citata collegit locum distantiæ Solis à puncto Æquinoctiali: ad diem 11. Martij. o. gr. 7'. ad diem 12. Martij. o. gr. 52'. Iam horæ inter istas duas obseruationes interießæ erant 24. Motus autem istis 24. horis conueniens erat in summa, 59. m.

Dico igitur.

59. m. dant 24. horis : quo horas dant 557. m.

	7		
	<u>168</u>	f.	
59 (2. H. 50')	59		
	<u>118</u>		
	50		
	<u>60</u>		
	<u>3000</u>		
59 (50')	59		
	<u>295</u>		
	50.		
			52. m.

Ergo ingressus Solis in Arietem fuit 11. Martij 2. H. 50'. P.M. Sed hoc exemplum est fictum: & scrupula secunda neglecta. In serijs autem obseruationibus Æquinoctiorum, quia sunt maximi momenti, etiam scrupula secunda, tertia & quarta uidentur adhibenda.

PROBLEMA

PROBLEMA OCTAVVM.


Apogeum locum, & eccentricitatis quantitatem obseruare.
Hoc problema nobilissimū explicabo per duo exempla itidem nobilissima: quorum unum est Ptolemæi, alterum Copernici: utrumque tres obseruationes solares præsupponit.

EXEMPLVM PRIMVM. Ptolemæus inuenit ab æquinoctio uerno ad solstitium elapsos esse dies $94\frac{1}{2}$. à solsticio ad æquinoctium autumnale dies $92\frac{1}{2}$. per problema autem primum diebus $94\frac{1}{2}$. competit æqualis motus Solis

93. gr. 9'. fere. Diebus $92\frac{1}{2}$. -- 91°. 11'. ferè. Sit ergo circulus Solis annuus ABCD. & centrum eius E. Æquinoctium uernum A. autumnale C. solstitium B. bruma D. Per primum igitur interstitium temporis, datus est motus Solis ab A.

in B. siue arcus A.B. 93. gr. 9. ferè minutorum: per secundum interstitium temporis datus est motus Solis à B in C. siue arcus B.C. 91. gr. 11'. Connexis ergo punctis æquinoctialibus C & A. per rectam CFA. & solstitialibus per rectam BFD. quæ rectæ se se rectè intersectant in punto F. quia circumferentia ABC est semicircu-

Tt lo maior,



Schema
CXIX.

lo maior, quippe composita ex arcubus A B. 93. gr. 9'. & BC. 91. gr. 11'. qui duo arcus simul sumti faciunt 184. gr. 20'. & quia etiam maior est A B. quam B C. ideo necesse est centrum circuli ABCD. inter BF & FA. lineas, & apogaeum inter æquinoctium uernum A & tropen æstiuam B. contineri. Nam centrum eccentrici & apogaeum semper sunt in eadem linea. Ducatur iam per centrum E. recta IEG. rectæ A FC. parallela. Quo facto, constituetur parallelogrammum rectangulum E M F. cuius dimetiens FE. producta in N. ostendet locum apogei Solis ad N. & eccentricitatem EF. Quæ duo hoc loco querantur. Quia igitur circumferentia ABC. nota est: quippe 184°. 20'. notum etiam est eius dimidium A H uel HC. 92. gr. 10'. & AG. excessus arcus A H. supra quadrantem 2°. 10'. eiusque sinus rectus E M. 3780. respectu radij 100000. (Copernicus sumit tantum 378. respectu radij 10000.) Itē BH. excessus arcus A B. 93. gr. 9'. supra arcum A H. 92. 10. nempe 59'. eiusque sinus rectus FM. 1716. Quia uero in Triangulo plano FEM. nota sunt duo latera in cludentia rectum FM. & EM. facile deinceps & latus reliquum & anguli reliqui innotescunt.

Nam

I. Ut FM. 1716. ad EM. 3780. ita FM. 100000.

ad 22027. tangentem anguli EFM. 65. gr. 35'. cuius anguli complementum est angulus BFN. æqualis angulo HEN. 24. gr. 25'. per 2. axioma planorum: quo angulo tunc apogaeum Solis N. apparet ante Solstitium æstiuum B.

II. Vt

AI. Ut EFM. 65. gr. 35' ad EM. ita FME.
Sin. 41056. 3780. 100000.

ad FE. 4151. quæ tunc fuit eccentricitas Solis per
ax. 4. planorum.

EXEMPLVM SECUNDVM. Copernicus anno
N. C. 1515. obseruauit hæc tria puncta 1. Aequinoctium
autumnale. 2. medium Scorpii. 3. aequinoctium uernum:
& inuenit ab aequinoctio autumnali usque ad medi-
um scorpii dies 45. scr. 16. Item inuenit ab aequinoctio
autumnali usque ad aequinoctium uernum dies 178.
scr. 53 $\frac{1}{2}$. Per problema autem primum diebus 45. scrupu-
lis 16. competit æqualis motus 44°. 37'. ferè. Diebus
178. scrupulis 53 $\frac{1}{2}$. competit æqualis motus 176. gr. 19'.
Quibus ita sese habentibus repetatur circulus Solis

annuus ABCD. &

sit rursus aequino-
ctium uernum A.

autumnale B. Me-

diu autem scor-
pii sit C. Et coniun-

gantur puncta A.

& B. item C. & D.

rectis AB & CD.


secantibus sese

mutuo in centro

mundi F. & circū-

ferentiæ AGC.

subtendatur recta AC. Quoniam igitur data est cir-
cumferentia BC. 44°. 37'. Item BG A. 176. gr. 19'. Item



Schema
CXX.

Tt ij per sub-

per subtractionem arcus B C. 44. 37. ab arcu BGA. 17 $\frac{1}{2}$.
 19. arcus CGA. 131. 42. Item angulus BAC. ad circumferentiam BC. subduplus 22°. 18 $\frac{1}{2}$ '. per 53. p. 1. Trig. Itē angulus apparentis motus BFC. 45. gr. (quippe tota libra 30. & dimidium scorpij 15.) & eius complementum ad duos rectos CFA. 135. gr. Et duorum CFA & F A C. complementum ad duos rectos FCA. 22. 41 $\frac{1}{2}$. atque illi ex opposito respondens circumferentia dupla DA. 45. gr. 22'. quæ composita cum circumferentia A C. 131. 42. efficit DAC. 177°. 5. Et quoniam ex his datis liquet utrumq; segmentū circuli, ACB. & CAD. esse semicirculo minus, ideo manifestum est, centrum in reliquo BL D. segmento contineri. Sit ergo centrū illud E. per quod agatur dimetiens LEFG. ut sit apogeū L. perigeum G. Atque à centro E in rectam CD. ducatur perpendicularis EK. Quibus ita præstructis hæc duo quæruntur.

1. angulus apparentis distantiae apogei Solis ab æquinoctio uerno: nempe angulus A FL.

2. Eccentricitas Solis FE.

Iam datorum circumferentiarum etiam subtensæ datæ sunt: quippe dimidiarum circumferentiarum sinus dupli per 7. p. 2. Trig. Nempe A C. partium 182494. CD. 199934. quarum semidiameter ponitur 100000. Primum igitur in Triangulo CK A. quia omnes anguli dati sunt, unā cum latere A C. inquirō inde latus CF. per quartum planorum hoc modo:

Vt CFA. 45. ad CA. ita CAF. 22°. 18 $\frac{1}{2}$.

70710.	182494.	37959.
--------	---------	--------

ad CF.

ad CF. 97967.

Deinde CF. 97967. subtraho à dimidia CD. nempe à recta CK. 99967. & restat FK. 2000.

Postea circumferentia CAD. 177. 5. complementum ad semicirculum 2°. 55'. collocō ex parte dimidia ad D. ex parte altera ad C. ut sit DH. 1. 27½. Quo facto EK. erit sinus arcus DH. 2545. Et sic in Triangulo EFK. nota erunt præter rectum ad K. latera duo includentia rectum FK. & EK. Ex illis igitur porrò inquiero angulum EFK. siue LFD. per axioma secundum planorum, hoc modo.

Vt FK. 2000. ad EK. 2545. ita radius FK. 100000.

ad EK. 127250. tangentem anguli EFK. siue LFD. 51°. 50'. quo addito ad angulum DFA. 45. gрад. (nam angulus DFA. æquatur angulo BFC.) efficitur angulus LFA. 96. gr. 56'. quo angulo, tempore Copernici apogaeum Solis, quoad apparentiam distabat ab æquinoctio uerno. Vnde subtrahens quadrans 90. gr. relinquit distantiam apogei Solis à solsticio æstiuo 6. gr. 50'. adeoque ostendit locum apogei Solis in 6°. 50'. Cancri. Copernicus suo calculo inuenit tantum 6½°. hoc est 6. gr. 40. m.

Denique, quia in Triangulo EFK. præter duo latera FK. & EK. iam etiam omnes anguli noti sunt, nempe EFK. 51. gr. 50'. & eius complementum FEK. 38°. 10'. & rectus ad K. pro inuenienda eccentricitate EF. dico per axioma 4. Triangularium planorum.

Vt FEK. 38. 10. ad FK. ita EKF.

61795.

2000.

100000.

ad EF. 3236.

Tt. iiij

Ergo

Ergo eccentricitas Solis tempore Copernici fuit 3236.
Copernicus reiecta ultima nota 6. retinet tantum 323.

PROBLEMA NON V.

Dierum ciuilium inæqualitatem corrigere. Cop. lib. 3.

c. 26.

Dies ciuiles (quos Copernicus uocat dies naturales.) inæquales esse, ad primum problema libri secundi diximus. Corrigitur autem ista inæqualitas hoc modo: Primum, sint in promtu medius motus Solis compitus, hoc est, medius motus ab æquinoctio uerno medio: & ascensio recta ueri loci Solis ab æquinoctio uerno apparente: tum ad tempus datum, tum ad radicem temporis dati.

Deinde, medium motum minorem subduc à maiore: similiterque ascensionem rectam minorem ab ascensione recta maiore.

Quo facto, si differentiæ mediorum motuum & ascensionum rectarum fuerint æquales, tempus quoque est æquale.

Sin autem: excessus quidem differentiæ ascensionum rectarum est ad tempus datum addendus: excessus uero mediorum motuum est ab eodem tempore dato auferendus.

Causa est in promtu. Quia differentiæ illæ mediorū motuum & ascensionum rectarum nihil aliud sunt quam ostensio, utrum medius an uerus motus Solis terminum dati temporis (si motus uterque in æquatore, ab γ uersus $\text{S}.$ censeatur.) prætercurrerit. Quod si ergo uerus motus, siue ascensio eius recta prætercurrerit:

rerit: tempori dato excessus necessariò est addendus:
& contra.

Exemplum.

Tempore N.C. medius motus \odot . ab æq. m. fuit 278°. 2'.

Verus locus \odot ab æq. uero. 279. 17.
eiusque ascensio R. 280. 6.

Tempore supra dato medius motus \odot ab æq. m. erit
107. 59.

Verus locus \odot ab æq. uero 107. 55.
eiusque ascensio recta. --- 109. 25.

Calculus talis erit.

Medius motus N. C. 278°. 2'. AR. ueri motus. 280°. 6'.

Medius motus noster 107. 59. AR. ueri motus. 109.. 25.
differentia. 170. 3. differentia 170. 41.

----- 170. 3.

Excessus differentiæ ascensionum R. o. 38.

Hic excessus est addendus ad horas duas supra datas.

Conueniunt autem singulis gradibus Aequatoris 4.
scrupula prima unius horæ. Nam

Vt 15. gr. ad 60. scr. hor. ita 1°.

ad 4. scr. hor.

Ergo 38'. primis conueniunt 2'. 32". scrupula horaria.

Nam

Vt 1. gr. ad 4. ita 0°. 38.

2'. 24". 30.

8. 6.

ad 2'. 32". 2.

Ergo tempus supra datum, & per hoc problema corre*ctum* siue æquatum: est

Annus

Annus 1600. dies 30. Iunij, hora P.M. 2^o. 2'. 32".

Quantum igitur Sol proprio motu interim emensus est, dum 2'. 32". unius horæ ascenderunt, tantum ipsius motui, per problema sextum reperto est addendum. Conficit autem Sol singulis horis duo scrupula prima, & 28. ferè tertia. Nam

Vt 24. horæ ad motum diurnum. 59'. 8". 11"". 22"". ita

6.	14. 47. 2.	50.
----	------------	-----

3	7. 23. 31.	25.
---	------------	-----

1	Ad -----	2'. 27. 50. 28.
---	----------	-----------------

Ergo horâ nullâ, scrupulis 2'. 32". conficit 15"". 12"".

Nam

Vt 1. hor. ad 2". 28"". 0"". ita 0. h. 2'. 32"".

4 56.	30
-------	----

1.14	2.
------	----

4.

ad 6". 14"".

Nihil autem in motu Solis habent momenti 6". 14"".

Ergo ista additio hic tutò negligi potest.

PROBLEMA DECIMVM.

Data differentia meridianorum, differentiam horarum intelligere, & contra.

REGULA. Si locus sit orientalior, adde differentiam longitudinis, in tempus conuersam, ad horas datas: si sit occidentalior, subtrahe.

Orientalior autem est locus, cuius longitudine est maior: & contra.

EXEMPLVM.

EXEMPLVM. Longitudo meridiani Cracouensis, ad quem nostrum quoq; exemplum ex sententia Copernici hactenus supputauimus, est 45. gr. 30. minutorum.

At longitudo meridiani Heidelbergensis est tantum 30. gr. 45'.

Ergo Heidelberga est occidentalior.

45°. 30'.

Differentia autem 30. 45.

longitudinis est -- 14. g. 45'.

Quibus gradibus & scrupulis respondent H. o. scr. 59'.

Nam

Vt. gr. ad 4'. ita 14. gr. 45'.

56

3

ad 59.

Ergo quæ Cracouæ est hora usualis 2. P.M. ea Heidelbergæ est hora 1°. 1". P.M.

Nam si de 2. h. o'.

subtrahas o. h. 59'.

Relinquuntur. h. 1.


Sic ex diuersis meridianis, diuersas apparentiarum cœlestium horas: & contra, ex diuersis apparentiarū cœlestium horis diuersos diuersorum locorum meridianos indagare poteris. Atq; hoc fundamentum est obseruandarum longitudinum præcipiolorum in terra locorum. Si nempe obseruetur, quota hora eadem Eclipsis aut alias quispiam insignis motus apparuerit in hoc uel illo loco.

328 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM.

PROBLEMA V NDECIMVM.

Distantiam Solis à centro terræ supputare.

Distantia Solis à centro terræ maxima E N. per Eclipses reperta est semidiametrorum terræ 1179.
Hinc reliquæ distantiaæ Solis à centro terræ ita supputantur.



Schema
CXVIII.

Si Sol sit in perigeo; adeoq; distantia eius à centro terræ minima E R. Quia E R. est talium partium 9677. qualium E N. est 10323. per problema sextū. Ideo dico:

Vt EN.

Vt EN. 10323. ad semidi. 1179. ita ER. 9677.

ad semid. nos. 13'. II".

Si Sol neque in apogeo neque in perigeo sit: Verbi gratia si ad O. consistat:

Primum colligo, ut semper in promtu habeam semidiametros radij eccentrici L O. hoc modo:

Vt EN. 10323. ad semid. 1179. ita L N. uel L O. 10000.

ad semid. 1142. 6'. 36".

Deinde, pro inuenienda distantia Solis à centro terræ E O. dico per axioma tertium:

Vt LEO. 8. 31 $\frac{1}{2}$. ad L O. semid. ita ELO. 8°. 48'.

Sinus 14824.

1142.

Sin. 15298.

ad 1178 $\frac{1}{2}$. semid. terræ.

PROBLEMA D VODECIMVM.

Parallaxes Solis supputare.

Hic duo requiruntur. 1. distantia Solis à uertice, in circulo, qui per polos horizontis. 2. distantia Solis à centro terræ, in linea recta à centro terræ ad Sōlem ducta. Distantia Solis à uertice, si non sit in ipso horizonte, reperitur per problema octauum libri primi. Et erit ad tempus supra datum 29°. 51'.

Distantia Solis à centro terræ reperitur per problema proxime præcedens. Et erit ad tempus modo dictum 1178 $\frac{1}{2}$. semidiametrorum terræ.

His duobus datis, parallaxis Solis facile supputatur. maxima quidem, quæ circa horizontem contingit, per axioma. 1. planorum, hoc modo:

A TEN

Vv ij Vt G D.


*schema
CXXI.*

Vt $G D. 1178\frac{1}{2}$. se-
mid. terræ ad $D A.$

et semid. terræ. ita
 $GD.$ radius 10000.

ad $D A.$ 85. si-
num anguli $D G A.$
 $2'.56''.$

Cæteræ uero per
axioma quintū,
hoc modo:



Latus $DF. 1178\frac{1}{2}$. semidiametri terræ.

Latus $A D. \dots \dots$ i. semidiameter terræ.

Summa $1179\frac{1}{2}.$

Differentia. $1177\frac{1}{2}.$

Angulus $A D F. 29^\circ. 51'$.

Compl. ad 2. rectos. $150. 9.$

Dimidium $\dots \dots 75^\circ. 4'. 30''.$ Tangens $375168.$

Ergo:

Vt $1179\frac{1}{2}$. ad $1177\frac{1}{2}$. ita $375168.$
ad $374532.$ tangentem anguli $75.$ gr. $3' 3''.$ qui subla-
tus de angulo $75.$ gr. $4' 30''.$ relinquit parallaxin So-
lis $A F D.$ o. gr. $1'.27''.$

PROBLEMA DECIMVM TERTIVM.

Quomodo parallaxis Solis, longitudinem uell latitudinem
eius mutet ostendere. Cop. lib. 4. cap. 26.

Si uer-

Si uerticalis per Solē transiens sit ipse Signifer, tota parallaxis in longitudinem transit: eamque minuit in quadrante Signiferi occidentali, auget in quadrante orientali. Sit enim Meridianus, idemque colurus solstitiorum A B C D. Horizontis semicirculus occidentalis A E D. Æquator C E. Signifer idemq; circulus uerticalis B E. polus Æquatoris F. polus Signiferi A. Locus Solis ad G. parallaxis G H. Longitudo Solis E G.


Manifestum est longitudinem Solis E G. per parallaxin G H. quoad uisum minui arcu G H. Nunquam autem hoc contingere potest, nisi eleuatio poli par sit maximæ declinationi Solis, & solstitium polo proximum in medio cœli existat.

Si uerticalis per Solem transiens sit Signifero rectus, tota parallaxis in latitudinem transit: atque adeo latitudinem aliquam austrinam Soli conciliat.

Sit enim Meridianus A B C D. Horizontis semicirculus occidentalis B E D. Æquator A E C. Signifer P Q R.

Vv iii polus

Schema
CXXII.




polus Äquatoris R. polus Signiferi G. polus Horizontis T. Sol ad L. parallaxis Solis
Schema CXIII. L M. uerticalis per solem transiens TLS. Signifero rectus ad L. Quia igitur uerticalis TLS. est Signifero rectus, ideo per polos eius transit: per

57. p. i. Trig. Quia autem uerticalis TLS. per polos Signiferi transit, ideo est unus è circulis latitudinum; per principia sphærica; ac proinde tota parallaxis LM. est quasi latitudo Solis austrina.

¶ Si uerticalis per Solem transiens sit Signifero obliquus, parallaxis Solis partim longitudinem eius mutat, partim latitudinem aliquam austrinam ipsi conciliat.

Sint enim cætera ut ante, sed uerticalis TLS. per solem transiens iam sit Signifero obliquus. Et sit parallaxis LM. ac per locum Solis usum M. transeat circulus latitudinis GMN. angulis ad N. rectis, per principia Iphærica. Manifestum est, longitudinem Solis QL. hoc modo diminui arcu NL. & Solem uideri in latitudine austrina LM.



An autem angulus sectionis verticalis & signiferi, nempe angulus TLP. sit rectus an obliquus, id ita cognosces.

Nota est autem esse potest per antecedentia problema-ta ascensio recta Solis QO. quæ composita cum


arcu horario dato OA. constituit arcum QA. cuius complementum ad semicirculum est arcus QC. Quo noto, quia in Triangulo QCR. præterea etiam angulus maximæ declinationis CQR. notus est, & angulus ad C. rectus: ideo dico:

I. Ut Radius ad tangentem CQR. ita sinus QC. ad tangentem arcus CR. cui ex opposito æquatur arcus PA. quo demto de arcu AT. (qui arcus par est eleua-tioni poli DF.) relinquitur arcus TP. per ax. 2. sphær.
II. Notis in Triangulo QCR. lateribus QC. & CR. in-cludentibus rectum QCR. inquirō latus tertium QR. per axioma quartum. Idque compono cum longitu-dine Solis data QL. Vnde innotescit complementum ad semicirculum LP.

III. In eodem Triangulo QCR. dico:

A. Ut QR. sinus ad QCR. radiū, ita QC. sinus ad QRC. sinum

Schema
CXXIV.



sinum per ax. 3. cui angulo Q R C. ex opposito æquatur angulus L P T. per 59. p. i.

IV. Vt L T. ad L P T. ita T P. ad T L P. per ax. 3. sph.

EXEMPLVM. Ad tempus supra datum longitudo Solis Q L. erit $107^{\circ} 56' 34''$. declinatio L O. 22° gr. $15'$. $44''$. ascensio recta Q O. $109^{\circ} 26' 40''$. angulus horarius L F T. sive arcus O A. respectu Meridiani Heidelbergensis 15° gr. $15'$. Quæ duo simul sumta efficiunt arcum Q A. 124° gr. $41' 40''$. cuius complementum ad semicirculum Q C. est 55° gr. $18' 20''$. Angulus autem maximæ declinationis C Q R. est 23° gr. $28'$.

Dico igitur:


$$\text{I. Vt Radius ad tāg. } \underline{\text{CQR. } 23^{\circ} 28'}$$

$$\frac{100000.}{43412.} \quad \frac{82224.}{}$$

ad $35695.$ tan-

gentem arcus C R.

Schema
CXXIV. $19.$ gr. $38' 38''$. per
ax. 2. subtræcto
autem C R. hoc
est A P. de eleua-
tione poli A T.
 $49.$ gr. $35'$. relin-
quitur arcus T P.
 $29.$ gr. $56' 22''$.



II. CR.

II.	<u>CR.</u>	<u>19°. 38'. 38''.</u>	<u>19°. 38'. 38''.</u>
	<u>QC.</u>	<u>55. 18. 20.</u>	<u>34. 41. 40.</u>
		<u>74. 56. 58.</u>	<u>54. 20. 18.</u>
			<u>81247.</u>
		<u>15. 3. 2.</u>	<u>25967.</u>
			<u>107214.</u>
			<u>53607.</u>

Sinus arcus $32.$ gr. $25'$. cuius complementum $57.$ gr. $35'$. est arcus QR. Qui arcus compositus cum longitudine Solis QL. efficit arcum RL. $165°. 31'.$ $34''$. cuius compl. ad semicirculum est arcus LP. $14.$ gr. $28'. 26''$. per ax. 4. sphæ.

III.	<u>Vt QR.</u>	<u>57. gr. 35'.</u>	<u>ad CQR.</u>	<u>rad.</u>	<u>ita QC.</u>	<u>55°. 18. 20''.</u>
					<u>84417.</u>	<u>100000.</u>

ad QRC. siue LPT. $97402.$ sinum anguli $76.$ gr. $54'. 40''$. per ax. 3.

IV.	<u>Vt LT.</u>	<u>29°. 51'.</u>	<u>ad LPT.</u>	<u>76°. 54'. 40''.</u>	<u>itapt.</u>	<u>29°. 56''22''.</u>
				<u>49773.</u>	<u>97402.</u>	<u>49908.</u>

ad $97666.$ sinum anguli TLP. $77.$ gr. $36'$. per ax. 3.

Ergo angulus TLP. sectionis verticalis cum Signifero in hoc exemplo non est rectus: ac proinde parallaxis LM. partim longitudinem, partim latitudinem Solis mutat. Longitudinem minuit arcua NL. latitudinem austrinam Soli conciliat, arcum NM. qui duo arcus porrò facile reperiuntur, hoc modo.

In Triangulo NLM.

I.	<u>Vt LNM.</u>	<u>rectus ad LM.</u>	<u>parallaxin</u>	<u>1'. 27''.</u>	<u>ita NLM.</u>	<u>77°. 36'.</u>
				<u>100000.</u>	<u>Sin.</u>	<u>42.</u>

97666.

X.

ad 41.

ad 41. sinum arcus N M. i'. 24". quæ erit uisa latitudine Solis austrina ad tempus supra datum.

II. Ut Tāg. NLM. 77°. 36'. ad radiū.

454826. — 100000.

ita tangens M N. i'. 24".

41.

ad 9. sinum arcus NL. 18". qui arcus subtractus à uera longitudine Solis 107. 56'. 34". relinquit uisa longitudinē Solis 107°. 56'. p ax. 2.

PROBLEMA DECIMVM

QUARTVM.

Data uera diametro Solis, unâ cum distantia Solis à centro terræ apparentem diametrum Solis per numeros inuenire.

Vera semidiameter Solis secundum Copernicum est semidiame- trorum terræ 5°. 27'. ferè.


Schema CXXV. Distantia autem Solis à cōtro ter- ræ ad tempus nuper constitutum erit 1178 $\frac{1}{2}$. semidiametrorum terræ per probl. 12. Dico igitur:

Vt K D. 1178 $\frac{1}{2}$. ad DC. 5°. 27'.

70710. scr. 327. scr.

ita K D. radius 100000.

ad DG. 462. tangentem anguli BAG. 15'. 55". Ergo apparenſ diame- ter Solis tum erit 31'. 50". FINIS.



Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
Grunbergensis

PROBLEMATVM

ASTRONOMICORVM

LIBER QVINTVS.

De motu Lunæ proprio.


PROTHEORIA:

Sol unicum habet motum nempe longitudinis. Semper enim uersatur sub Ecliptica. Reliqui planetæ duplícem habent motum, unum longitudinis, alterū latitudinis. Nam ut uia Solis ad Äquatorem est obliqua: ita uiae reliquorum planetarum ad uiam solis sunt obliquæ. Igitur Lunæ & longitudinis & latitudinis motus seorsim est explicandus. Motus longitudinis Lunæ est ab occasu in ortum, ut omnis omnium stellarum motus proprius. Etsi autem per se proculdubio est æqualis: nobis tamen apparet inæqualis. Causam inæqualitatis alij aliam excogitarunt. Copernicus affingit motui longitudinis Lunæ duos epicyclos. Iuxta cuius sententiam, sit circulus mundo concentricus. at Eclipticæ pro latitudine Lunæ obliquus. centrum eius & simul centrum terræ D. Dimetiens FEDK. epicyclus primus A B. secundus E F. Et centrum quidem epicycli primi C. moueatur secundum ordinem signorum à C. in H. sic ut tempore menstruo

totum circulum
CHKG. obeat.
Centrū uerò epi-
cycli secundi A.
in circumferentia
epicycli primi
moueatur motu
contrario ab A.
in G. paulò cele-
rius quam centrū
epicycli primi.

Schema
CXXVI.

Luna denique ip-
sa, moueatur in
circumferentia e-
picycli secundi
ab E. in L. motu
ad motum circu-
li CH. duplo: sic,
ut quando linea
FED. est cum lo-
co solis medio (hoc est, in coniunctionibus & oppo-
sitionibus solis & Lunæ.) Luna sit centro C. proxima,
hoc est, in E. constituta: in quadraturis autem remo-
tissima, hoc est, in F. constituta. His ita positis, motus
longitudinis Lunæ declarari, & ratio apparentis circa
motum illum inæqualitatis reddi poterit. Motus lati-
tudinis Lunæ nihil aliud est, quam motus nodorum
Eclipticæ & circuli obliqui Lunæ: quos nodos uulgò
uocant caput & caudam Draconis. Mouentur autem



illi nodi

illi nodi contra signorum ordinem, prorsus, ut nodi Eclipticæ & Äquatoris. Itaque hic nulla noua theoria est opus.

PROBLEMA PRIMVM.

Medium siue æqualem motum longitudinis Lunæ à Sole (hoc est, motum puncti C in H, &c.) ad quodvis datum tempus colligere. Cop. lib. 4. c. 4.

Motus longitudinis Lunæ, ut & reliquorum 5. planetarum, primum deducitur à Sole. Deinde collatione facta cum motu Solis, facilè eius locus uel à prima stella Arietis, uel ab æquinoctio uerno reperitur.

Est autem periodus cursus Lunæ à Sole dierum 29. scrupulorum 31. 50". 7". 52"". 57"".

Vnde conficitur

Motus eius añuus 1°. 14'. 9". 37'. 22". 36"". 25"".

Motus diurnus ----- 12. II. 26. 41. 31.

Motus horarius ----- 30. 28. 36. 44.

Et fuit tempore N.C. motus Lunæ à Sole 3. 29°. 58'.

Ex quibus ita sumtis, æqualem motum Lunæ ad tempus supra datum colligo hoc modo.

II. Sex. an.

Sex. anni.

1. ----- 1". 14". 9". 37". 22". 36". 25". ----- 26. 40.

24. 43. 12. 27. 32. 8. 20. ----- 20. 20.

6. 10. 48. 6. 53. 2. 5. ----- 5. 20.

49. 26. 24. 55. 4. 16. ----- 1.

36. 42. 51. 6.

Xx iij II. Sex.

II. Sex. d.

I.	12°. II°. 26'. 41". 31'''.	Sex. d. scr. iborlii
	36. 34. 20. 4. 33.	30. 30.
	6. 5. 43. 20. 45. 30.	5. 5.
I.	0. 57. 13. 27. 35. Nota 6". 20'''.	scrupula
	6. 5. 43. 20. 45. dierum sunt 2'. 32'''.	scrū-
I.	0. 57. 13. 27. pula horaria per corre-	-
I.	13. 8. 40. Ctionē inæqualitatis di-	-
	4. 3. 48. erū ciuiliū li. 4. probl. 9.	-
I.	48. 8. 36. 32. 45. Motus dierū. (reperta)	-
O.	36. 42. 51. 6. O. Motus annorū.	-
3. 29. 58.	Radix.	3.
5. 54°. 49'. 27". 38''' 45'''.	Summa. Motus æqua-	-
lis Lunæ à Sole, ad tempus supra datum.	-	-

PROBLEMA SECUNDVM.

Aequalē motū anomaliæ lunari, siue aequalē motū epicycli primi, nempe puncti A in G. &c. ad quod-uis datum tempus inuenire. Cop. l. 4. c. 4.

Æqualis motus anomaliæ Lunari siue Epicycli primi annus est --- 1°. 19'. 28°. 43'. 9". 7''' 15'''.

diurnus ----- 13. 3. 53. 57. 1.

horarius ----- 32. 39. 44. 52.

Et fuit tempore N. C. 3°. 27. gr. 7'.

Hinc pro tempore dato motus æqualis anomaliæ lunari colligitur hoc modo:

I. Sex.

I. Sex. an.

$1^{\circ} 19' 28'' 43''$	$9' 7'' 15''$	$26. 40.$
$26. 29. 34. 23. 2. 25. 0.$		$20. 20.$
$6. 37. 23. 35. 45. 36. 15.$		$5. 20.$
$26. 29. 34. 23. 2. 25.$		$1.$
$26. 29. 34. 23. 2. 25.$		
	$I. 50. 43. 13. 20.$	

II. Sex. d.

$1^{\circ} 13' 39' 53' 57'' 1''$

$39. 11. 41. 51. 3.$

$6. 31. 56. 58. 30. 30.$

$1. 5. 19. 29. 45. 5.$

$6. 31. 56. 58. 30. 30.$

$1. 5. 19. 29. 45$

$1. 18. 23. 23.$

$6. 31. 56.$

$4. 50' 37' 0'' 42'' 9'''$. Motus dierum.

$1. 50. 43. 13. 20. 0.$ Motus annorum.

$3. 27. 7.$ Radix.

$4. 14' 27' 14'' 2''' 9'''$. Motus æqualis a-
nomaliæ lunaris ad tempus supra datum.

PROBLEMA TERTIVM.

Aequalem motum epicycli secundi inempe puncti E. uer-
sus L. reperire.

Æqualis motus epicycli secundi, ut in Protheoria dixi-
mus, est ad æqualem motum Lunæ duplus. Atqui æ-
qualis motus Lunæ ad tempus supra datum erat.

$5. 54' 49' 27'' 38''' 45'''$.

Ergo

Ergo æqualis motus epicycli secundi, ab E in L ad tempus supra datum, abiectis integris circulis, est,

$5^\circ 49' 38'' . 55'' . 17''' . 30'''$.

id est:

$349^\circ 38' 55''$.


PROBLEMA QVARTVM.

Prosthaphæreses epicycli secundi supputare. Cop. lib. 4.

c. II.

Prosthaphæresis
epicycli secundi,
exempli gratia,
est angulus A C I.
uel A C O. ad quē
inueniendū præ-
ter æqualem mo-
tum puncti E, un-
de īnotescit an-
gulus E A I. pror-
sus ut in Sole, hæc
duo requiruntur.

Schema
CXXVII



1. Notitia mediæ eccentricitatis Lunæ, siue notitia radij epicycli primi C A.
2. Notitia differentiæ inter medium & maximam eccentricitatem Lunæ, siue notitia radij epicycli secundi A F. uel A E. uel A I.

Op. II

Statuit

Statuit autem Copernicus maximam eccentricitatem Lunæ, siue rectam C.F. esse partium 1334. qualium DC. sit 10000. Minimam uero eccentricitatem siue rectam C.E. esse partium earundem 860. Est ergo media eccentricitas C.A. partium 1097. differentia inter maximam & medianam eccentricitatem A.F. uel A.E. uel A.I. partium 237.

Quibus ita hoc loco sumtis (demonstrationes enim Copernici huc transcribere nimis prolixum foret) in Triangulo C A I. nota sunt duo latera C.A. & A.I. includentia angulum notum C A I. Soluo igitur Triangulum C A I. per axioma 5. planorum hoc modo.

C.A.	1097.	Motus E L F I. 349°. 39' per probl. 3.
------	-------	--

A.I.	237.	Cōpl. i.e. uel IAE. 10. 21.
------	------	-----------------------------

Summa	1334.	Sūma angulorū A & c. 169. 39.
-------	-------	-------------------------------

Differentia	860.	Dimidium summæ 84. 49. 30".
-------------	------	-----------------------------

Vt sūma laterum C.A. & A.I. ad differentiam eorundē.

1334.	860.
-------	------

ita tangens 84°. 49'. 30".	
----------------------------	--

1104152.

ad 711822. tangentem anguli 82. gr. 49'. 30". relinquitur angulus quæsusitus A C I. 2. gr. 49'. 19". qui angulus, quia consistit citra medium motum epicycli primi siue puncti A. idcirco est ab eodem medio motu auferendus: & hic, & in toto semicirculo posteriore F I E. At in semicirculo priore E L F. esset ad medium motum addendus.

Atqui medius motus epicycli primi supra inuentus
Yy. N G A. erat

NGA. erat ----- 254. 27'. 14".

Ergo si inde auferas E C I. siue O A. 2°. 49. 19.

Relinquitur uerus motus

epicycli primi N G O. 251. 38. ferè.

Eiusq; complementū ad integrū circulum o n. 108°. 22'.

Et huius complementum ad semicirculū o p. 71. 38.


PROBLEMA QVINTVM.

*Eccentricitatem Lunæ siue quantitatem radij epicycli
primi ad datum tempus inuenire.*

Eccentricitas Lu-
næ ad datum su-
pra tempus erit
recta C I.

Iam, in Triangu-
lo C A I, per pro-

Schema bléma præcedens
CXXVII noti sunt omnes
anguli, & præte-
rea latera duo c. a.
& A I. Igitur inde
colligo latus ter-
tium : per quar-
tum axioma Tri-
angulorum pla-
norū hoc modo.



Vt A C I. 2. gr. 49'. 19". ad A I ita C A I. 10'. 21":

4923.

237.

17966.


ad C I. 865. ferè.

PROBLE-

PROBLEMA SEXTVM.

Prosthaphæreses epicycli primi supputare.

Prosthaphæresis
epicycli primi,
verbi gratia, est
angulus CDI. qui
angulus & ipse
reperitur per axi-
oma quintum,
hoc modo.

Schema
CXXVII

In Triangulo CDL nota sunt:

1. Latus CD. 10000.

2. Latus CI. 865. per problema 5.
corumque summa 10865.

Et differentia 9135.

3. angulus DCL. 71. gr. 38'. fere p probl. 4.

Et reliquorum duorum summa 108. 22.

ciusque summæ dimidium 54. 11.

Dico igitur:

Vt summa CD. & CI. ad differentiam: ita tangens 54°. 11'.

10865.

9135.

138568.

Yy ij ad 116504.

ad 116504. tangentem anguli 49. gr. 21 $\frac{1}{2}$. quo subblato de angulo 54. gr. 11". relinquitur angulus CDI. 4. gr. 49 $\frac{1}{2}$. qui angulus, quoniam ultra lineam medij motus Lunæ CD. consistit, ideo est ad medium illum Lunæ motum addendus: ut semper in semi-circulo posteriore PLN. Auferendus autem esset, in semicirculo priore NGP. quia tunc citra lineam medij motus Lunæ CD. consisteret.

Medius motus Lunæ. 354. gr. 49'. 27". per probl. 1.
Prosthaphæresis addenda. 4. 49. 30.

Summa 359. 38. 57. Verus motus Lunæ à medio loco Solis, ad tempus supra datum.

Cui si adjeceris medium motum Solis ab æquinoctio uerno 107. gr. 56'. 34". & de summa integrum circulū, nempe 360°. abieceris, habebis uerum locum Lunæ ab æquinoctio uerno 107. gr. 35'. 31".

PROBLEMA SEPTIMVM.

Motum latitudinis Lunæ ad quodcumque datum tempus inuenire. Cop. lib. 4. cap. 4.

Motus latitudinis Lunæ reuera nihil aliud est, quam motus nodorum Eclipticæ & circuli obliqui Lunæ, contra ordinem signorum: prorsus, ut motus præcessionei Æquinoctiorum. Sed Copernicus pro motu nodorum contra ordinem Signorum, ad calculum assu-mit distantiam Lunæ à boreo limite maximæ latitudinis secundum ordinem signorum & istam distantiam vocat motū latitudinis Lunæ. Quæ distantia, quia ni-hil

huius aliud est, quam arcus ex motu nodorum & medio motu longitudinis Lunæ cōpositus, ideo illi perinde ut medio motui longitudinis Lunæ, prostaphæresis longitudinis Lunæ, siue prostaphæresis epicycli primi Lunæ est uel addenda, uel demenda.

Cæterū, motus nodorum contra ordinem signorum annuus est, 19. gr. 5'. 22". 41". Motus autem longitudinis Lunæ annuus est. 2'. 9. gr. 37', 22", 36".

Hinc componitur motus latitudinis Lunæ annuus 2'. 28". 42'. 45". 17". 2"". & inde e-

licitur motus diurnus 0. 13. 13. 45. 39. 29.

& motus horarius 33. 4. 24. 8.

Radix autem illius motus tempore Natiuitatis Christi fuit 2'. 9. gr. 45'.

Ad tempus igitur supra datum motus medius latitudinis Lunæ colligitur hoc modo, & talis inuenitur, ut sequitur.

Sex.

1.	13'	13°.	45'.	39".	29"".	3.	35.	35'.	6".	20"".
	39.	41.	16.	58.	27.				30.	30°.

6.	36.	52.	49.	44.	30.	5.	5.
----	-----	-----	-----	-----	-----	----	----

I.	6.	8.	48.	17.	25.
----	----	----	-----	-----	-----

6.	36.	52.	49.	44.
----	-----	-----	-----	-----

I.	6.	8.	48.	17.
----	----	----	-----	-----

I.	19.	22.	33.
----	-----	-----	-----

4.	24.	34.
----	-----	-----

5.	32°.	3'.	1".	54"".	3"".	Motus dierum.
----	------	-----	-----	-------	------	---------------

5.	40.	7.	42.	40.	0.	Motus annorū.
----	-----	----	-----	-----	----	---------------

2.	9.	45.				Radix.
----	----	-----	--	--	--	--------

1.	21.	55.	44.	34.	3.	Suīma, Yy 3 AE.
----	-----	-----	-----	-----	----	-----------------

Æqualis motus latitudinis Lunæ, siue media distantia Lunæ, à limite boreo maximæ latitudinis, secundum ordinem signorum. Cui motui si addideris prosthaphæresin longitudinis Lunæ 4. gr. 49'. 30". habebis ueram distantiam Lunæ à boreo limite maximæ latitudinis, ad tempus supra datum 86. gr. 45'. 14". Ex qua distantia liquet, Lunā adhuc esse in latitudine borea: & distare à cauda Draconis, gradibus 3. scrupulis 15'. 14".

PROBLEMA OCTAVVM.

Ipsam latitudinem Lunæ supputare.

Fit hæc supputatio prorsus, ut supputatio declinationum solis compendiosissimè per axioma quartum, hoc modo:

Compl. maximæ latitud. 85. 0. --- 85. 0.

$$\begin{array}{r}
 \text{Motus latitudinis} \quad \underline{\quad 86. 45. -- 3. 15. \quad} \\
 \hline
 171. 45. \quad 88. 15. --- 99953. \\
 \text{Exc.} \quad \underline{81. 45.} \quad \underline{\quad 98965. \quad} \\
 \hline
 \quad \quad \quad 988. \\
 \quad \quad \quad 494.
 \end{array}$$

Sinus arcus 0. gr. 17'. qui arcus est ipsa latitudo Lunæ, ad tempus supra dictum.

Quod si quis axiomate quarto uti nolit, utatur primo vel tertio hoc modo.

Vt E A. quadrans ad A B. maximam latitudinem Lunæ s. gr. ita E G. distantia à cauda Draconis siue complementum

plementum motus
latitudinis, ad GH.
latitudinem, per ax.

i. uel

Vt GHE. ad GE. ita
GHE. ad GH. &c.
per ax. 3.

**PROBLEMA
NON V.M.**


*Distantiam Lunæ
à centro terræ sup-
putare. Cop. lib. 4.*

cap. 17..


Distantia Lunæ à
centro terræ me-
dia DC. secundū
Copernicum est
semidiametrorū
terræ 60. scr. 18.
Hinc cæteræ di-
stantiæ Lunæ à
centro terræ, ita
supputantur.

Si Luna sit in li-
nea medijs motus
Solis siue circa
punctū C. siue cir-
ca punctū K. &
primū, si consi-
stat ad F. Dico :

Vt DC.



Schema
CVI.



Schema
CXXVIII.

350 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM
Vt DC. 10000. ad DC. 60. 18'. semid. ita CE. 1334. p pro. 4.
ad CE. 8. 2'. semid. terræ : quibus additis ad DC.
60. 18. efficitur DF. 68. 20'.

Deinde, si consistat ad E. Dico :

Vt DC. 10000. ad DC. 60. 18'. semid. ita CE. 860. p pro. 4.

15

3.

ad CE. 5. 11'. semid. terræ, quibus additis ad DC.
60. 18'. efficitur DE. 65°. 29'. semid. terræ.


Porrò, si consistat ad E.

Ablata recta EC. quæ est æqualis rectæ CE. 5. 11'. se-
mid. de recta DC. 60. 18'. relinquit rectam DE. 55. 7'.
semid. Denique si consistat ad F.

Ablata recta CF. quæ est æqualis rectæ CF. 8. gr. 2'. se-
mid. de recta
DC. 60°. 18'. re-
linquit rectam
DF. 52°. 16'. semi.

Si uero Luna nō
Schema sit in linea me-
CXXVII dij motus Solis,
distantia eius à
centro terræ ita
supputatur.

EXEMPLI gra-
tia : ad tempus
supra datum, in
Triangulo CDI.
angulus i CD. 71°.
57'. 55". per probl.



4. CDI

4. CDI. 4°. 49'. 30". per proble. 6.

Summa utriusque anguli 76. gr. 27'. 25". Et illius summae complementum ad duos rectos CID. 103. gr. 32'. 35". Sed cuius idem est sinus, qui complementi sui 76°. 27'. 25". per 7. p. 2.

Dico igitur:

Vt CID. 76°. 27'. 25". ad CD. semi. terræ. ita ICD. 71°. 37'. 55".

Sin. 97219.

60. 18.

Sin. 94905.

15.

3.

ad ID. 58°. 51'. semid. terræ: quæ tum erit distantia Lunæ à centro terræ.

PROBLEMA DECIMVM.

Parallaxes Lunæ supputare.

Hic prorsus, ut in parallaxibus Solis supputandis, duo præcognoscenda sunt:

1. distantia Lunæ à uertice:
2. distantia Lunæ à centro terræ.

Distantia Lunæ à uertice, si non sit in ipso horizonte, sic reperitur.

Primum recolligo longitudinem Lunæ: quæ tempore supra dato erit 107. gr. 35. 31. Et latitudinem: quæ tum erit 0. gr. 17'.

Deinde ex his inquiero declinationem & ascensionem rectam Lunæ, per probl. 16. lib. i. & inuenio declinationem Lunæ 22. gr. 34'. 37". & ascensionem rectam 109°. 9'. 55". Postea ascensionem rectam, 109. gr. 9'. 55". nempe in adiuncto Schemate arcum Q. compono cum ar-

Zz cu CQ.


cu CQ. noto ex
problemate 13. li-
bri præcedentis
55. gr. 18'. 20''. Et
fit arcus CO. 164.

gr. 28'. 15''. cuius
complementū ad
CXXIX. semicirculum est
arcus OA. 15. gr.
31'. 45''. Qui arcus
est mensura an-
guli TFH. Quo

noto, quia etiam latera ipsum includentia FT. (com-
plementum eleuationis poli) & FH. (complementum
declinationis Lunæ) nota sunt, inquirō complemen-
tum altitudinis Lunæ siue distantiam Lunæ à uertice
TH. per ax. 4. hoc modo :

FT.	40.	25.	—	40.	25.	
FH.	67.	25'. 23''.	—	22.	34.	37.
	107.	50. 23.	—	62.	59.	37.
Exc.	17.	50. 23.	—			89094.
			—			30 633.
TFH.	15.	31.	45''.	100000.		119727.
	74.	28.	15.	96349.		59863.
				3651.		

Vt 100000. ad 59863. ita 3651. ad 2185. quo detrac^{tio}
de 89094. relinquitur 86909. sinus altitudinis Lunæ
HS. 60. gr. 21'. 13''. cuius compl. TH. 29. gr. 38'. 47''.
est distantia Lunæ à uertice.



Distantia

Distantia Lunæ à centro terræ ad tempus supra datum erit $85^{\circ}. 51'$. semidiametrorum terræ : per problema præcedens.

His duobus ita præcognitis parallaxes Lunæ non aliter quam parallaxes Solis supputantur, nempe maxima quidem parallaxis per axioma 1. hoc modo.

Vt GD. 58. 51. sem. terræ. ad DA. 1. sem. ita GD. rad. 100000

3531. scr.

60. scr.

ad D A. 1699. sinum anguli A G D. $58'. 25''$.

Cæteræ uero per axioma quintum, hoc modo :

A D. 1. semid.

E D F. $29^{\circ}. 38'. 47''$.

D F. 58. 51. semid.

A & E. 150. 21. 13.

Summa 59. 51. semid.

Dimid. 75. 10. 36.

Diffe. 57. 51. semid.

Tangens. — 377861.

Ergo :

Vt $59^{\circ}. 51'$. semid. ad $57^{\circ}. 51'$. semid. ita tang. 377861.

3591. scr.

3471.

ad 365234. tangentem anguli $74.$ gr. $41'. 43''$. quo detracto de angulo $75.$ gr. $10'. 36''$. relinquitur angulus A FD. o. gr. $28'. 53''$. parallaxis Lunæ ad tempus supra datum.

PROBLEMA VNDECIMVM.

Quomodo parallaxis Lunæ longitudinem uel latitudinem eius mutet, ostendere. Cop. l. 4. c. 26.

¶ Si uerticalis per Lunam transiens sit ipse Signifer, tota parallaxis ut Solis, ita etiam Lunæ, in longitudinē transit : eamque minuit in quadrante occidentali, auget in quadrante orientali.

Zz ij 81


¶ Si uerticalis per Lunam transiens sit Signifero rectus, tota parallaxis in latitudinem transit, & latitudinem quidem austrinam facit maiorem, boream uero minorem.

¶ Si uerticalis per Lunam transiens sit Signifero obliquus, parallaxis Lunæ partim longitudinem, partim latitudinem eius mutat. Causa patet ex ijs, quæ de parallaxibus Solis diximus.

¶ An autem uerticalis per Lunam transiens sit Signifero rectus uel obliquus, facile sciri potest. Nam per 13. probl. præcedentis, & per 10. problema huius iam nota sunt:

1. Omnia latera Trianguli T F H. & præterea angulus T F H.
2. Totum Triangulum Q C R.
3. In Triangulo T L P. latus T P. & angulus L P T.

Schema
CXXIX.



Dico igitur in Triangulo T F H.

I. Vt

I. Vt TH. $29^{\circ} 38' 47''$. ad TFH. $15^{\circ} 31' 45''$. ita FH. $67^{\circ} 25' 23''$

49465.

26772.

92336.

ad 49975. sinum anguli FTH. qui idem est sinus
anguli LTP. 29. gr. 59'.

II. In Triangulo LTP. inquiero angulum TLP. per
axioma quartum, hoc modo:

LTP. $29^{\circ} 59'$. ----- $29^{\circ} 59'$

TPL. $76^{\circ} 54' 40''$. -- $13^{\circ} 5' 20''$

$106^{\circ} 53' 40''$. -- $43^{\circ} 4' 20''$. ----- 68292.

Exc. 28. 58. ----- 29060.

97352.

TP. $29^{\circ} 56' 22''$. ----- 48676.

Compl. 150. 3. 38. | 100000.

Exc. 60. 3. 38. | 86655.

Sinus uersus 186655. Velenim angulus LPT. uel
angulus TLP. est maximus. Alioqui Triangulum LTP.
haberet tres duobus rectis minores, quod est impossibile,
per 47. p. i. Si angulus TLP. est maximus pro latere TP.
maximo est assumendum ipsius complementum ad semicircu-
lum, per 61. p. i. Si angulus LPT. est maximus pro angulo
LPT. est assumendum eius compl. ad semicirculum, per ean-
dem. Quo facto, habetur Triangulum unius lateris quadran-
te maioris. Pro quo si solus Triangulum illi adiacens, quod
habeat utrumq; latus quadrante minus, pro latere TP. qua-
drante minore dabitur tibi angulus quadrante maior. Qua
de re vide Trig. pag. 105.

Ergo:

Vt 100000. ad 48676. ita 186655.

Zz. iiij ad 90856.

356 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM

ad 90856, unde subtractus sinus 68292, relinquit
 22564. sinum arcus 13. gr. 2'. 26". qui est excessus ter-
 tiij lateris supra quadranrem: cuius excessus com-
 plementum ad quadrantem 76. gr. 57'. 34". est men-
 sura anguli TLP. quæ sit. Vnde liquet, uerticalem
 TL. in hoc exemplo Signifero PL. non esse rectum.
 Quia igitur uerticalis TL. Signifero PL. non est rectus,
 ideo parallaxis Lunæ partim longitudinem, partim
 latitudinem eius mutat. Longitudinem Lunæ minuit
 arcu IN. latitudinem ex borea HN. facit austrinam IK.
 Qui duo arcus IN. & IK. porro reperiuntur hoc modo:
 I. Vt HLN. 76° 57' 34". ad HN. latitud. 17'. ita HNL.


97420.

494.

100000.

ad 507. sinum
 arcus HL. 17. 27".
 qui arcus dem-
 tus de parallaxi
 28'. 53". relinquit
 arcum KL. per
 ax. 3. II'. 26".

Schemma
CXXIX.



II. Vt LIK. rad. ad LK. II'. 26". ita ILK. 76° 57' 34".

100000.

332.

97420.

ad 323. sinum arcus IK. II'. 6", quæ erit latitudo
 Lunæ uisa austrina tempore supra dato. per ax. 3.

III. Vt

III. Ut KLI. $76^{\circ} 57' 34''$. ad rad. ita KI. $11' 6''$.

Tang. 431752. 100000. tang. 323.

ad 74. sinum arcus IL. $2' 33''$.

per ax. 2.

IV. Ut HLN. $76^{\circ} 57' 34''$. ad rad.

Tang. 431752. 100000.

ita HN. $15' 6''$.

Tang. 507.


ad 117. sinum arcus LN. $4' 2''$.

per ax. 2. Qui arcus LN. $4' 2''$. cōpositus cū arcu IL. $2' 33''$. efficit arcū IN. $6' 35''$. qui arcus detraētus ab arcu QN. hoc est, à uera longitudine Lunæ $107^{\circ} 35' 31''$. relinquit longitudinem Lunæ uisam $107^{\circ} 28' 56''$. quæ ablata à longitudine Solis uisa $107^{\circ} 56' 16''$. relinquit uisā distatiā Lunæ ad tempus supra datum $27' 20''$.

PROBLEMA DODECIMVM.

Data uera diametro Lunæ, una cum distantia à centro terræ, apparentem eius diametrum inuenire.

Vera semidiameter Lunæ secūdum Copernicum est semidiametrorū terræ o. scr. $17' 9''$. Distantia Lunæ à centro terræ ad



Schema
CXXV.

tempus

tempus supra datum, erit 58. semid. terræ & 51. scrupulorum, per probl. 9. Hinc apparet semidiameter Lunæ ita supputatur.

Vt KL. $58^{\circ}. 51'.$.. sem.ad LO. $17'. 9''.$ f.

211860.

1029.scr 2.

ita KL. 100000.

ad LO. 485. tangentem anguli ABC. $16'. 42''.$ qui est apparet semidiameter Lunæ. Cuius duplum $33'. 24''.$ est apparet diameter Lunæ ad tempus supra datū.

PROBLEMA DECIMVM TERTIVM.

Apparentem diametrum umbræ quam Sol pargit à terra, in Lunæ transitu, reperire.

Eclipses nostri seculi ostendunt semidiameter Lunæ LO. esse ad semidiametrum umbræ MR. ut 150. ad 403. ut refert Copernicus lib. 4. c. 19. Hinc semidiameter umbræ, quā Luna transit, nempe recta MR. ita reperitur.


Vt 150. ad 403. ita LO. $16'. 42''.$

per probl. 12. Sin. 485.

ad MR. 1303. sinum arcus uel anguli $44'. 50''.$

FINIS.

Schema
CXXV.



Bartholo-

Bartholomæi Pitisci
Grunbergensis
PROBLEMATVM
ASTRONOMICORVM
LIBER SEXTVS.
De calculo Eclipſium.
PRÆFATIO.

Eclipsis dicitur obscuratio Solis uel Lunæ. Obscuratio Solis est interceptio luminis Solis, facta à Luna inter Solem & uisum nostrum diametaliter interposita. Obscuratio Lunæ est defectus luminis Lunæ, quem defectum Luna patitur, quando terra inter ipsam & solem diametaliter interponitur, & sic Luna in umbram terræ incurrit. Omnis igitur Eclipsis Solis, fit in coniunctione: Lunæ, in oppositione Solis & Lunæ. Sed non in omni coniunctione uel oppositione Solis & Lunæ fit Eclipsis: quia Sol & Luna non semper diametaliter opponuntur aut coniunguntur, propter latitudinem Lunæ: siue propter euagationem Lunæ ab Ecliptica. Ad Eclipses itaque supputandas, & coniunctiones uel oppositiones luminarium indagare, & latitudinem Lunæ circa id tempus inuestigare oportet. Atque hæc omnia secundum ueritatem in Eclipsibus Lunaribus: secundum uisum in solaribus: quia Sol per se non obscuratur, sed uisus tantum noster impeditur,

Aaa quo

quò minus lumen Solis uideat. Luna autem per se ob-
scuratur. Hæc causa est, cur in Eclipsibus Solis paralla-
xeon tam Solis quam Lunætam accurata ratio habē-
da sit : in Eclipsibus Lunæ nulla. Dehis igitur & quæ
præterea ad calculum Eclipſium pertinent, paucula
quædam problemata quasi coronidis uice cæteris ad-
iungemus.

PROBLEMA PRIMVM.

*Tempus mediae coniunctionis uel oppositionis Solis &
Lunæ reperire. Cop. lib. 4. c. 28.*

Ad tempus propinquum, quod ex iā factis coniun-
ctionibus & oppositionibus Solis & Lunæ facile con-
iicies, inuestiga motum Lunæ à Sole æqualem. Quis si
integrum circulum compleuit, erit coniunctio media;
si semicirculum tantum, erit oppositio media. Si neq;
circulum neque semicirculum exactè compleuit: sed
uel maior est uel minor: tantum temporis temporis
sumto addes uel subtrahes, quantum distantia Lunæ
à Sole competit. Exempli gratia. Anno 1600. mense
Iunio continuata nouilunia & plenilunia ostendunt
fore nouilunium, hoc est, coniunctionem Solis & Lu-
næ tricesima die Iunij post meridiem. Ergo ad tempus
propinquum, Verbi gratia, ad horam secundam P.M.
inquiero motum Lunæ à sole æqualem & inuenio

5°. 54'. 49". 27".

Huic motui æquali desunt ad integrum circulum
5°. 10'. 33".

Conficiet autem Luna hunc cursus sui defectum horis
10. fer. 1. 8".

Nam

Nam motus Lunæ horarius est

$30' 28''$.

Vt autem $30' 28''$. ad unam horam: ita s. gr. $10' 33''$.
ad 10. horas, scr. ii'. 32''.

Ergo tempori supra dato, si addidero 10. horas scr. ii'.
 $32''$. Coniunctio Solis & Lunæ media erit, Anno 1600,
trigesima Iunij, hora usuali 12. scr. ii'. 32''. P.M. sub Me-
ridiano Cracouiensi.


PROBLEMA SECUNDVM.

Tempus uerae coniunctionis uel oppositionis Solis & Lu-
næ reperire. Cop. lib. 4. c. 29.

Primum ad tempus mediæ coniunctionis uel oppo-
sitionis Solis & Lu-
næ, quare eorum
prosthaphæreses:
& erunt in exem-
plo nostro.

Prosthaphæresis
Solis ablatiua,
quasi angulus
IDC. o. gr. $17' 1''$.

Prosthaphæresis
Lunæ additiua
4. gr. $54' 51''$.
Deinde prosta-
phæreses, si sint
diuersi generis,
mutuo junge: si
sint eiusdem ge-



Scheme
CXXX.

neris, minorē à maiore subtrahe, ut appareat uera distantia Lunæ à Sole. Ut, in nostro exemplo, prosthaphæreses sunt diuersi generis: nempe altera ablatiua, altera additiua. Iungo igitur:

ICD. o. gr. 17'. 1".

CDE. 4. gr. 54'. 51".

5. gr. 11'. 52".

Et euadit angulus IDE. siue arcus 5. gr. 11'. 52". quo angulo uel arcu in media coniunctione Luna distabit à Sole, & prætergressa erit Solem.

Tertio, ex distantia Lunæ à Sole, probabiliter collige, quot horis uera coniunctio medium antecedat uel sequatur: hoc modo:

1. gradus cursus C. à O. dat horas fermè duas: quot horas dabunt 5. gr. 11'. 52". R. 10. Hor. scr. 23'. 44".

Quartò, has horas 10. scr. 23'. 44". (quia uera coniunctio medium præcessit: quod ex prosthaphæresibus apparet.) subtrahe à tempore mediæ coniunctionis, hoc modo.

12. H. 11'. 32".

10. H. 23. 44.

1. H. 47'. 48".

Et euadet tempus æstimatum ueræ coniunctionis Solis & Lunæ, 1. H. 47'. 48". P.M.

Quinto, ad tempus æstimatum ueræ coniunctionis Solis & Lunæ quære uera loca Solis & Lunæ: ut appearat, an illa loca coincidant, an uero adhuc luminare alterum ab altero distet. Ut in nostro exemplo, ad tempus æstimatum ueræ coniunctionis uerus locus Solis ab æqui-

ab æquinoctio uerno erit $107^{\circ}. 50'. 4''$. Verus Locus Lunæ ab eodem æquinoctio uerno erit $107^{\circ}. 29'. 19''$. Iam locus Lunæ subtraetus à loco Solis relinquit differentiam $26'. 45''$. Distabit igitur tum adhuc Luna à Sole scrupulis $26'. 45''$.

Sextò, uerum locum Lunæ collige etiam ad tempus problemate primo assumtum: & differentiam temporis atque motuum nota hoc modo.

Verus motus C .

Hora 2. scr. o'. o''. ----- $107^{\circ}. 35'. 31''$.

Hora 1. scr. 47. 48. ----- $107. 29. 19.$

Differentia temporū $12'. 12''$. Diff. motuū o. 6. $12''$. Septimò, ex hac utraque differentia, quanto tempore Luna, residua ista scrupula $26'. 45''$. conficere, & ad Solem peruenire possit, collige hoc modo.

Vt $6'. 12''$. scr. graduū ad $12'. 12''$. scr. hor. ita $26'. 45''$. scr. gr. $372''$. $732''$. $1605''$.

ad $52'. 38''$. scrupula horaria.

Oktauò, hæc scrupula horaria $52'. 38''$. adde ad tempus æstimatū ueræ coniunctionis, & habebis absolutum tempus ueræ coniunctionis: hoc modo:

Tempus æstimatū ueræ ♂. --- Hor. 1. scr. 47. 48''.

Defectus. --- Hor. o. scr. $52. 38.$

Tempus ueræ ♂ Cracoviæ. ---- Hor. 2. scr. 40. 26. P.M. $59. 0.$

Idem tempus, Heidelbergæ ---- Hor. 1. scr. 41. 26. P.M.

PROBLEMA TERTIVM.

A A A. iii Tempus

*Tempus uis& coniunctionis Solis & Lunæ reperire. Cop.
lib. 4. c. 31.*

Primum, inquire uisam Lunæ à Sole distantiam, tum ad tempus ueræ coniunctionis, tum ad horam præcedentem in quadrante Signiferi orientali, uel ad horam sequentem, in quadrante Signiferi occidentali, per problema ii. libri 6.

Deinde distantiam minorem subduc à maiore, uel si altera distantia citra, altera ultra Solem consistat, mutuo junge, & habebis uisibilem Lunæ motum à Sole, competentem illi horæ, in qua tum fit motus.

Tertio sic ratiocinare:

Vt uisibilis Lunæ motus horarius ad i. horam;
ita uisibilis Lunæ distantia à Sole, tempore ueræ coniunctionis, ad hor. —— scr. ——

Quarto has horas uel hæc scrupula horaria adde ad tempus ueræ coniunctionis, in quadrante Signiferi occidentali; uel ab eodem tempore aufer, in quadrante Signiferi orientali, & habebis tempus uis& coniunctionis.

EXEMPLVM. Tempore ueræ coniunctionis Solis & Lunæ, Anno 1600. die 30. Iunij, hora 1. scr. 41'. 26". P.M. respectu Meridiani Heidelbergensis uisa Lunæ à Sole distantia erit circiter 5'. 20". (nam calculum istum accuratè prosequi, propter alia negotia non licuit.) citra Solem. Hor. 2. scr. 41'. 26". P.M. uis& Lunæ à Sole distantia erit circiter 24'. 18". ultra Solem. Summa utriusq; distantia est 29'. 38". alias annu. Iobnissi sibi no

Iam

Vt 29'. 38". scr. graduū ad i. horam. ita 5'. 20". scr. gr.

1778".

3600".

320".

ad 10'. 48". scrupula horaria: quæ addita ad tempus ueræ coniunctionis, Heidēlbergæ efficiunt tempus uisibilis coniunctionis i. horam 52'. 14". P. M.

PROBLEMA QVARTVM.

Visam latitudinem Lunæ à Sole ad tempus uisæ coniunctionis inuenire.

Primùm, quære uerum motum latitudinis Lunæ ad tempus uisæ coniunctionis per problema 7. lib. 3. Et erit in nostro exemplo circiter 87. gr. 56'. 24".

Deinde, ex uero motu latitudinis inquire ueram latitudinem Lunæ per probl. 8. lib. 5. & erit in nostro exemplo circiter 12'. 15".

Tertio, ad idem tempus inquire parallaxes Solis & Lunæ, per problema 12. lib. 4. & 10. lib. 5. Et erit in nostro exemplo parallaxis Solis circiter 1'. 32". Lunæ, circiter 35'. 27".

Quartò, per problema 13. lib. 4. & per 11. lib. 5. inquire, quid de parallaxi Solis uel Lunæ, in latitudinem transeat. Et inuenies in nostro exemplo de parallaxi Solis transfire in latitudinem circiter scrupula 1'. 25". De parallaxi Lunæ, circiter scrupula 34'. 20".

Quintò de parallaxi latitudinis Lunæ subtrahe inuentam antea latitudinem Lunæ boream 12'. 15". & restabit uisa latitudo Lunæ austrina, ab Ecliptica 22'. 5".

Sexto,

Sextò, à uisa latitudine Lunæ austrina, ab Eclipticā, subtrahe uisam latitudinem solis, quæ itidem est austrina $1^{\circ} 25''$. & restabit uisa latitudo Lunæ à Sole $20^{\circ} 40''$.

PROBLEMA QVINTVM.

Coniunctiones Solis & Lunæ eclipsicas ab alijs discerne-re. Cop. lib. 4. cap. 30.

In Coniunctione.

Si uisa latitudo Lunæ à sole minor fuerit dimidio apparentium diametrorum Solis & Lunæ, Sol subibit Eclipsin: si maior, non subibit. Vt Anno N. C. 1600. tricesima die Iunij, Hor. 1. scr. $52' 14''$. P.M. (respectu Meridiani Heidelbergensis) ipso momento uisæ coniunctionis Solis & Lunæ

apparens semidiameter Solis erit. $15' 55''$.

apparens semidiameter Lunæ erit. $16' 42''$.

Summa harum duarum semidiametrorum erit $32' 37''$. At uisa latitudo Lunæ à sole erit non nisi $20' 40''$. Ergo sol tum subibit Eclipsin.


In Oppositione.

Si uera latitudo Lunæ minor fuerit dimidio apparentium diametrorum Lunæ & umbræ, Luna subibit Eclipsin. Si maior, non subibit. Vt: Anno 1601. die 29. Nouembris, hora 7. scr. $35' 46''$. secundum Meridianum Regij montis in Borussia, ad quem Meridianum supputatae sunt tabulæ Prutenicæ: sub tempus apparens ueræ oppositionis Solis & Lunæ, apparens semidiameter Lunæ erit $17' 49''$. apparens semidiameter umbræ

umbræ $48'.48''$. Suīma $i^{\circ}.6'.37''$. At latitudo Lunæ uera uersus Septentrionem erit non nisi $32'.12''$. Ergo Luna tum subibit eclipsin.

Maioris perspicuitatis causa res etiam oculis subijciantur.

Sit ergo circulus Solis uel umbræ ABC. Summa semidiametrorum Solis & Lunæ, uel umbræ & Lunæ DL. & sit latitudo Lunæ, primum DH. deinde DE. manifestum est, si latitudo Lunæ sit DH. nullam fore Eclipsin. Circuli enim IK. & BC. nusquam concurrūt. At si latitudo Lunæ sit DE. fiet Eclipsis. Circuli enim FG. & BC. concurrunt.



Schema
CXXXI.

PROBLEMA SEXTVM.

Quanta futura sit Eclipsis, prædicere. Cop. lib. 4. c. 31.

Latitudinem Lunæ subtrahe à suīma semidiametrorum Solis & Lunæ, si sit Eclipsis Solaris, uel umbræ & Lunæ, si sit Eclipsis Lunaris : quod restat, conuerte in digitos eclipticos (sic uocantur duodecimæ partes diametri Solis uel Lunæ) hoc modo.

In Eclipsi solari præcedente:

Bb b

Summa

368 PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM

Summa semidiametrorum \odot & \mathbb{C} . DL. 32'. 37".

Latitudo Lunæ DE. 20. 40.

Differentia BM. 11. 57.

Diameter Solis BN. 31. 50.

Vt 31'. 50". ad 12. dig. ita 11'. 57". ad digitos 4. scr. 30'. 10".

In Eclipsi Lunari præcedente:

Summa semidiametrorū Lunæ & umbræ DL. 66'. 37".

Latitudo Lunæ DE. 32. 12.

Differentia 34. 25.

Diameter Lunæ MF. 35. 38.


Vt 35'. 38". ad 12. digitos: ita 34'. 25". ad digitos 11. scr. 35'. 27".

PROBLEMA SEPTIMVM.

Quandiu duratura sit eclipsis, ostendere. Cop. lib. 4.

cap. 32.

Schema
CXXXII



Sit E-

Sit Ecliptica A D C. semidiameter umbræ D B. semidiameter Lunæ B L. aggregatū D L. uia Lunæ F E G. latitudo Lunæ D E. angulus ad E. quasi rectus, propter obliquitatem uiarum Solis & Lunæ in tam breui spacio insensibilem. Dimidium tempus Eclipseos F E. Iam in Triangulo D E F. duo latera nota sunt, D E. latitudo Lunæ & D F. summa semidiametrorum uirbræ & Lunæ. Dabitur igitur latus tertium F E. per ax. 4. planorum, hoc modo.

I. Vt F D. ad F E D. ita D E. ad D F E. quo nōto notus etiam est F D E.

II. Vt F E D. ad F D. ita F D E. ad F E. quod diuisum per horarium motum Lunæ uerum, in eclipsi lunari, uel per horarium motum Lunæ uisum, in eclipsi Solari exhibet dimidium tempus Eclipseos, &c.
Eodem modo mora Lunæ in umbra terræ, si forte constigerit, ex Triangulo D E H. supputabitur, in quo Triangulo latus D E. est latitudo Lunæ : latus D H. est differentia inter semidiametrum Lunæ & umbræ.

Exemplum reale.

In Eclipse Solari, cuius mentio nuper facta est, latitudo Lunæ uisa D E. erit 20'. 40". Summa semidiametrorum Solis & Lunæ F D. 32'. 37".

Dico igitur.

I. Vt F D. 32'. 37". ad F E D. rad. ita D E. 20'. 40".

948.

100000.

601.

ad 63396. sinum anguli D F E. 39°. 20'. 36". cuius compl. est angulus F D E. 50°. 39'. 24".

B b i j II. Vt

IL. Vt FED. rad. ad FD. 32'. 37''. ita FDE. 50°. 39'. 24''.

100000.	948.	77335.
---------	------	--------

ad 733. finum arcus FE. (nam reuera FE G. est arcus et si hic curuitas eius sit insensibilis, propter exiguitatem) $25'. 12''$.

III. Vt uisibilis motus \odot . horarius 29'. 38''. ad 1. horam.

<u>1778''.</u>

<u>ita 25'. 12''.</u>

<u>15 12''.</u>

ad Hor. o. scr. $51'. 1''$. Cuius temporis duplum est 1. H. scr. $42. 2''$. Tanto igitur tempore durabit saepe dicta eclipsis Solaris.

Quod si etiam initium & finem eclipseos scire cupis: dimidia duratio $51'. 1''$. subtracta à tempore maximæ observationis, initium; addita uero ad id tempus, fine eclipseos ostendet: hoc modo.

Tempus maximæ obscurationis Heidel. Hor. 1. scr.

$52'. 14''$. P. M.

Dimidia duratio $51. 1.$

Initium Eclipseos Hor. 1. scr. $1'. 13''$.

Finis Eclipseos Hor. 2. $43'. 15''$.

FINIS PROBLEMATVM ASTRONOMICORVM.






AVGVSTAE VINDELICORVM,
typis Michaëlis Mangeri,
Sumpribus Dominici Custodis Chalchographi.

M. D C.




$\frac{8660254}{17320508}$





$A \cdot 6^{\circ} 26' \text{ Lat. } 32^{\circ} 20' - 0$
 $F \cdot \text{Amsterdam. } 26^{\circ} 36' - 52^{\circ} 40'$
 Dist^g Long. $5^{\circ} 56.$



$$\begin{array}{r} 1^{\circ} \\ 40 \\ \hline 49 \end{array} \quad \begin{array}{r} 30 \\ 30 \\ \hline \end{array}$$


$$28.15 \quad | \quad 28.15 \\ 40 \quad 30 \quad | \quad 49.30$$

$$68.48 \quad | \quad 77.48 \\ 90 \\ \hline 21.18 -$$

DN TP

$$AF \quad 68.48 - 77.48 - 97723 \\ \sim 1.18.FV.TP.DR. \quad 35244$$

$$Pr. \quad \overline{132967} \\ TP \quad 66483.2$$



Laelia errata (24)
otherwise complete
pp 89 ~~and words~~
27/6/82

